VIRGILIVS EVANGELISANS.

SIVE

Historia Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi, VIRGILIANIS verbis & versibus descripta.

Operâ ALEXANDRI ROSSÆI Aberdonensis.

PERSIVS SAT. I.

Hîc sunt nec scombros metuentia carmina, nec thus:
Sed ramale vetus prægrandi subere coctum.

LONDINI,
Per *Iohannem Legatum* pro *Richardo Thralo*,
apud quem væneunt in vico vocato Cheap-side.
M. DC. XXXIIII.

AD AVGVSTISSIMVM CAROLVM Magnæ Britanniæ, &c. Monarcham.

CArole *Brutigenûm rex Auguſtiſſime regum,*
Qui miſſa à proavis ſceptra Britanna *geris,*
Quiq; regis patrium patriis virtutibus orbem
Dum colis antiquam cum pietate fidem,
Audi Virgilium Chriſti mirâcla canentem,
Audi grandiſonam, Carole *magne, tubam:*
Quâ cecinit quondam magnorum prælia regum,
Iam reſonat magni facta ſtupenda Dei.
Æquum erat ut Chriſtum celebraret muſa Maronis,
Iſte fuit vatum maximus, ille deûm.
Æquum erat ut Regi dicatur muſa Maronis
Ipſe præes populis, Vatibus ille præeſt.
Poſſe Deum rebuſque ſimul, Muſiſque vacare
Scimus, & hæc etiam ſerta placere tibi.
Virgilium Cæſar *dilexit; dilige noſtrum*
Carole, *Virgilium; ſic mihi* Cæſar *eris.*
Primitias meas muſa tibi, Rex, obtulit olim,
Ecce aris iterum ſupplicat illa tuis.
Reſpice Calliopen Auguſte Britannice *noſtram,*
Reſpice quæ ſacros volvitur ante pedes.

Permitte hanc hederam fulgentia tempora circum
Serpere; nam reges talia ferta decent.
Qui Pater est patriæ, musis vult esse patronus;
Nam pater Aonii est Iupiter *ipse chori.*
Aurea sceptra decent reges, sic laurea serta:
Reges his vivunt; Regibus illa virent.
Vive diu Musis, Musæ tibi, laurus utrisque;
Floreat & vestras implicet usque comas.

Majestatis tuæ

servulus humilimus,

ALEXANDER ROSS.

Lectori

Lectori Candido.

FVrati ſumus, Amice Lector, horas aliquot otioſas (& præſtat otiari quàm vel nihil, vel malè agere) à gravioribus noſtris ſtudiis; in quibus hiſtoriam D. noſtri *I. Chriſti* Virgilianis verbis, & verſibus contexuimus. Vt enim *Alexander* à nullo niſi ab optimo pictore pingi volebat; ſic decuit optimum ſalvatorem, ab optimo Poeta deſcribi. *Virgiliani* enim carminis venuſtatem, majeſtatemque necnon mirandum in illo poetâ, præ omnibus aliis, ingenii acumen & eruditionem ſingularem, ab ineunte ætate admirari ſemper ſolitus ſum. In hoc Poemate nihil mihi vendico præter applicationem verborum *Virgilii*, hiſtoriæ Evangelicæ; ut enim hic verba, ſic Evangeliſtæ materiam ſuppeditant. Multa hîc à profano uſu ad ſacrum tranſtulimus, quod tibi mirum aut novum videri non debet; nam Hebræis fas erat ex pretioſa Ægyptiorum ſupellectile, tabernaculi vaſa & ornamenta conflare. *Origines* (ut queſtus eſt *Porphyrius*) omnes Græcorum divitias, ad locupletandam Chriſtianam doctrinam contulit. *Moyſes* diſciplinas Ægyptiorum, *Daniel* ſapientiam Chaldæorum, Beatus *Paulus* Epimenidis, Arati, & Menandri carmina didicerunt, ut his veram religionem locupletiorem redderent. *Iulianus* animadvertens Ethnicos à Chriſtianis propriis

Euſeb. l. 6. hiſt. Eccleſ. c. 13.

Socrat. l. 3. Eccleſ. hiſt. c. 10.

priis ſuis pennis configi, humaniorum literarum ſtudiis *Chriſtianis* interdixit ; mihi ergo liceat *Virgiliani* carminis ſupellectilem precioſam ad meliorem uſum transferre, & religionis noſtræ gemmam aureo illo annulo includere. *Hipponenſis* Antiſtitis verbis concludam : Liceat nobis Ethnicorum ſcripta in uſum noſtrum vendicare, poſſeſſoribus illis injuſtis erepta.

Vale

VIR-

VIRGILIVS EVANGELISANS.

Æn. l. 1. ILle ego qui quondam gracili modulatus avena
l. 3. Carmen, & Ægypto egressus per inhospita saxa
l. 6. Perque domos [1] *Arabum* vacuas & inania regna
l 1. Deduxi *Abramidas*; at nunc horrentia Christi
l. 1. Acta, virumque cano, cæli qui primus ab oris
Geor. l. 2. Virginis in lætæ gremium [2] descendit, & urbes
Æn. l. 5. *Iudææ* docuit dictis solatus amicis:
l. 1. Multum ille & terrâ patriâ jactatus & alto,
l. 1. Vi [3] pharisæorum, [4] sævique *Herodis* ob iram:
l. 1. Multa quoque [5] & diro passus sub judice, donec
l. 4. Incubuitque cruci, dixitque novissima verba,
l. 2. Et sacram effudit multo cum sanguine vitam;
l. 2. Sed tandem patrias victor remeavit ad oras.
l. 1. Musa mihi causas memora, cur Numen olympi
l. 1. Insignem pietate virum, tot adire labores
l. 1. *l.* 9. Impulerit? fraus nostra fuit; nihil ille nec ausus
l. 2. Nec potuit patrare nefas; nunquam excidit ore
l. 4. Fraus ulla, aut ulli potuit succumbere culpæ,
l. 9. Tantum infelices [6] nimium dilexit amicos.
l. 1. Vrbs antiqua fuit [7] *Nasareth* cognomine dicunt,
l. 1. Hanc coluit forma & præstanti corpore Nympha
l. 7. Cui *Mariæ* cognomen erat; jam nubilis annis
l. 7. *l.* 4. Iam matura viro, vinclo socianda jugali

1 Hîc non intelligimus *Arabiam* desertam, sed Arabiæ *Petræ* deserta, nempe *Esthan, Sur, Sin, Paran.*

2 Dicitur descendisse de cælo ratione naturæ divinæ, quia hîc novo modo apparuit: vel ratione corporis, ibidem, quod virtute cælesti est formatum. *Aguin. Sum. part. 3. quæst. 5. art. 2.*

3 Exorta est hæc secta paulò ante adventum Christi, authoribus *Sammai* & *hillel, Baronius* in Apparatu: hi fato cuncta tribuebant, transanimationem sed bonorum solum affirmabant; astra curiosè observabant, virginitatis observatione & cultus asperitate, superbiebant, &c. Dicti sunt Pharisæi quod separati essent ab aliis. 4 Hic Antipatri filius, *Idumæus*, proselyta devictis *Antigono* & *Hyrcano* Aristobuli filiis *Assamonæ* familiæ ultimis, regnum Iudææ invasit, in extraneos benignus, in suos sævus, de ejus sævitia in filios, uxorem & amicos vide *Iosephum*. 5 *Pilatus* sententias vendere, cuncta rapere, innocentes cruciare & occidere est solitus, *Philo. de leg. ad Caium.* 6. Hîc nimium Μετ seu valde significat, sic, Facundia nimium præstabilis, *Au. Gell. l.* 18. *cap.* 3. Sum merces tua magna nimis. *Gen.* 15. 7. *Nasareth* oppidum *Galilææ* inferioris in tribu *Zebulon* Hîc *Christus* conceptus est, & habitavit. Hinc *Nasarænus* vocatus, & *Christiani Nasarei*, & Christiana religio, secta *Nasarænorum*, *Act.* 24. Postea hoc nomen remansit hæreticis qui legem una cum Evangelio observabant. vide *Epiphanium. Hæres.* 29.

Josepho: hic [8] *Davide* satus, justissimus unus — *l.* 4. *l.* 2.
Qui fuit in terris, & servantissimus æqui. — *l.* 2.
Nuncius en [9] *Gabriel* ventos & turbida tranat — *l.* 4.
Nubila; jamq; volans apicem & latera ardua cernit — *l.* 4.
Excelsi montis *Galilææ*; huic nubibus atris — *l.* 4.
Aëreum caput & vento pulsatur & imbre. — *l.* 4.
Hic primùm paribus nitens stetit Angelus alis, — *l.* 4.
Hinc toto præceps misit se corpore ad ædes — *l.* 4.
Virginis, atque hominis tandem sic ore loquutus: — *Geor. l.* 4.
O fælix una ante alias sanctissima virgo, — *Æn. l.* 3.
Cui nova progenies [10] cælo dimittitur alto. — *Eclog.* 4.
Ex [11] te nascetur cælestis origine Christus, — *Æn. l.* 1.
Chara Dei soboles, magnum [12] Iovis incrementum — *Eclog.* 4.
Davidis hic Patris solium conscendet avitum, — *Æn. l.* 7.
Pacatumque reget Patriis virtutibus orbem. — *Eclog.* 4.
Huic Deus haud metas rerum nec tempora ponet, — *Æn. l.* 1.
Imperium sine fine dedit. te numine sacro — *l.* 1.
[13] Spiritus intus alit; tenerumq; infusa per artus — *l.* 6.

8 *Iosephus* & *Maria* fuerunt ambo ex eadem tribu, & regia *Davidis* stirpe; nam *Christus* ubique filius vocatur *Davidis*; quod autem fuerunt ambo ex tribu eadem nempe *Iuda*, patet; quia una profecti sunt *Bethlehem*. & ex *Num.* c. 36. lege sancitum fuit, ut filii Israelitarum, matrimonia in eadem tribu contraherent; 9 Angelorum natura quia mortalibus non est satis nota, occasionem dedit multorum errorum. Nam Sadducæi eos negabant; Pharisæi verò eos esse altra animata affirmabant. *Simon Magus*, nec non *Carpocras*, *Cerinthus*, aliique ejus discipuli, Angelos mundi creatores & rectores volebant. *Basilides* 10 Angelorum ordines confinxit, quot sunt in anno Dies. Angelum esse Deum Hebræorum dixit *Cherinthus*, eosque super Christum extollebat, &c. Vide *Irenæum*, *Epiphanium*, *Augustinum* de hæresibus. 10 Cum audis Christum descendisse de cælo, ne putes quòd caro de cælo descendit; hoc *Apollinarius* docuit, quòd Christus habuit corpus de cælo, quod per virginem transivit, quasi per canalem. Verum quia una fuit hypostasis, omnia quæ sunt hominis dicuntur de verbo, & quæ sunt verbi attribuuntur homini. *Theophyl.* in *Iohan. cap.* 3. Si quis non confitetur deum Verbum vere de cælis descendisse, &c. sit condemnatus. Synod. Lateran sub *Martino. P. P. can.* 3 11 Non est factus per mulierem, quod *Marcion*, &c. vult; sed ex muliere ut non per illam, sed ex illa natus esse credatur, *Hieron. in cap.* 4. *Epist.* ad *Galat.* facessant hinc omnes Hæreticorum pestes; nempe *Saturninus*, qui Christum in phantasmate apparuisse somniat; *Basilides*, qui *Simonem* Cyrenæum passum non *Christum*; *Valentinus*, qui *Christum* de cælo carnem detulisse; *Marcion* & *Cerdon* qui illum putativè natum & passum; *Apelles*, qui eundem in descensu æreum sibi corpus contexisse, illudque in ascensu singulis elementis reddidisse; *Manichæi* qui Christum partem divinæ essentiæ affirmabant. vide *Irenæum*, *Epiph. August. Theodoretum*, &c. 12. Deus op. Max. est verus *Iupiter* quia est vere juvans pater. ὁ τῶν ὁ πάντων Ζεὺς πατὴρ ὀλύμπιος. *Sophocles*. Sic *Salustius Deus Barta*, Deum verum *Neptunum* vocat. *Qui uray Neptune*, &c. 13 Quia ex amore fuit, quo *Christus* carnem assumpsit, ideo hoc opus incarnationis, *S. S.* attribuitur qui est amor patris & filii, & quia incarnatio fuit ex gratia non meritis; gratia autem *S. S.* attributum est. & quia homo concipiendus futurus erat sanctus & filius Dei, & utrumque tribuitur *S. S.* &c. *Aquin. part.* 3. *quæst.* 32. *art.* 1.

l. 6. Mens 14 agitat fœtum, & parvo se corpore miscet;
l. 3. Ne dubita nam vera audis.
l. 1. Hæc ubi dicta dedit, 15 sublatus in aëra pennis
l. 1. In cælum sublimis abit; sed 16 territa virgo
l. 2. Obstupuit, steterûntq; comæ, et vox faucibus hæsit.
l. 3. Multa movens animo numen veneratur olympi.
l. 1. Hinc abiens sese 17 cognatæ ad limina perfert;
l. 1. Cumque introgressa, & coràm data copia fandi,
l. 1. Hæc breviter virgo vultum demissa profatur.
l. 7. En nova nunc tacitum pertentant gaudia pectus,
l. 7. En animus Iovæ laudis succensus amore.
Eclog. 4. O mihi tam longe maneat pars ultima vitæ,
Eclog. 4. Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta,
Æn. l 1. Qui tenuem famulam tali dignaris honore;
l. 1. Non ignare mali miseris succurrere gaudes.
l. 1. Propterea diversa polus dum sidera pascet,
l 1. Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebũt.
l. 7. Omnes me gentes quas terra extrema refuso
l. 7. Submovet Oceano, vel quos extenta plagarum
l. 7. Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui;
l. 1. Omnes hæ dicent me terque quaterque beatam.
l 5. Nos inopes genitor cælo misereris ab alto;
l. 1. Est tibi vis animo, tibi tanta potentia, nobis
l. 6. Parcere subjectis, & debellare superbos.
l. 1. *l.* 3. Tu victu revocas vires, queis pallida semper
l. 3. *l.* 1. Ora fame; at donis opulentum et munere 18 divûm

14 *Christus* natus est de *Maria* corporaliter, de *S. S.* effective. *Virgo* in conceptione *Christi*, nihil active operata est; sed solam materiam ministravit. *Aquin. ibid. art.* 2. & 4. Mens autem hic, non est primorum & indemonstrabilium principiorum cognitio, quæ ab *Aristotele* νῦς vocatur, nec intelligentia aliqua angelica, quæ mens etiam dicitur, nec anima humana, aut illius facultas, quæ mens aut intellectus dicitur; sed secunda trinitatis persona; conceptio enim corporis *Christi* fuit à tota trinitate effective; filius autem, ut in Scrip. λόγος, sic apud *Platonicos*, νῦς vocatur. τρία ἴσιν ὑπέρχοντα καὶ ἄϋλα, ταγαθὸν, καὶ νὸς, καὶ τὸ πᾶντος ἡ ψυχή, &c. vide *Theodoretum serm.* 2. *de principio.* & *Scaligerum exer.* 165. 3. 15 Angeli pingi solent juvenes, alati, albis vestibus induti, ad significandum vitam eorum florentem, celeritatem in exequendo Dei mandato, & lætitiam seu puritatem. Hic autem fuit *Gabriel* fortitudo Dei, quam *Christus* vincendo hostes demonstraturus erat; ergo nomen officio congruit; in ordine *Archangelorum* fuit summus, inquit *Thomas*. 16 Causa hujus stuporis fuit virginalis pudicitia, magnitudo salutationis insolitæ, & magna humilitas. 17 Quia uxor *Aaronis* ex *Iuda* fuit è qua tribu erat Dei genetrix, & *Elisabeth* fuit ex filiabus *Aaronis*, merito dei genetrix fuit *Elisabeth*: nam progenia ejus *Elisabeth* filia *Aminadab* ex tribu *Iuda* fuit, *Exod.* 6. 23, Hæc autem uxor Aaronis erat. *Theophylac.* in *Luc. cap.* 1. 18 Divi ἀπὸ τῦ δίειν quod *Iovis* filii credebantur, divitiæ autem à *Divis* nominantur, quod fortasse divites ab ignava plebe habentur pro divis: per divos autem hîc intelligo viros sanctimonia & virtute præditos, divinorum nempe attributorum participes, divitiæ autem munera divûm dici possunt; quod bonorum virorum causâ multi evadunt divites, sic *Laban Iacobi* causa locupletatur, *Gen* 30. & domui *Potiphar* benedicitur propter *Iosephum*.

Exspolias,

Exspolias, servum auxiliis opibusque juvabis. *l.* 1.
Hæc es pollicitus neque te sententia vertet. *l.* 1.
Postquam longa 19 decem matri fastidia menses *Eclog.* 4.
Attulerant, 20 generata dei est certissima proles, *Æn. l.* 6.
Quem Christum Graii, IESVM cognomine dicunt *l.* 3.
Abramidæ: huic 21 virgo genetrix, mirabile dictu, *l.* 3.
Quam non ulla Venus, nulli flexere hymenæi, *Geor. l.* 4.
Aut innupta manens, & virginitatis amorem *Æn l.* 11.
Intemerata colens, partu dedit integra prolem: *l.* 11. *l.* 1.
Pulchra solo recubans, pulcher circum ubera natus *l.* 3.
Incipit intactam 22 risu cognoscere matrem. *Eclog.* 4.
Aspice convexo 23 nutantem pondere mundum, *Eclog.* 4.
Terrasque, tractusque maris, cælumq; profundum, *Eclog.* 4.
Aspice venturo lætentur ut omnia sæclo. *Eclog.* 4.
Nox erat & terras animalia fessa per omnes *Æn.* 11.
Alituum pecudumque genus sopor altus habebat. *l.* 11.
Pastores 24 quidam, teneros in montibus agnos *Eclog.* 2.
Dum vigiles servant; en circumfusa repente *Æ l* 2. *l*
Emicuit nova lux: qualis cum cærula nubes *l.* 9. *l.* 8.

19 Hi fuerunt decem menses inchoati, non perfecti. Nam perfectum edi partum 9. Mensibus & 10. diebus scribit *Hippocrates* lib. περὶ ἑπταμήνων. decimestres ergo vocari possunt non solum, qui decem menses integros sunt nacti, sed qui dies aliquot decimi attigerunt. *Laurent. in Anatom. l.* 8. *c.* 30.

20 Natus est *Christus* ann. mundi 4089. anno imperii *Augusti* 41. compleco, & 42. incunte. *Herodis* 33. urbis 752. *Coss. C. Cæsare octavio*, & M. *Plautio Sylvano*, quo *Iani* portæ tertiò sunt clausæ. Olympiade 194. an. 4. sic computat *Genebrardus* in Chronol. *Baronius* autem & alij aliter. 21 *Corinthus*, *Carpocrates*, *Marcion* Hæretici, & *Iulianus* Apostata virginitatem *Mariæ* oppugnarunt. vide *Irenæum*, *Epiphan.* & *Tertullianum*, &c. *Helvidiani* autem, qui & *Antidicomarianitæ*, dixerunt *Mariam Iosepho* fuisse copulatam, (postquam *Christum* genuit) & ex ea filios genuisse qui fratres Domini dicuntur. *Hieron.* contr. *Helvidium.* Post hos anno 400. *Iovinianus* virginitatem *B. Mariæ* destruebat. *August. hæres.* 83. omnes hos hæreticos docte refutarunt Patres supradicti. Virginale claustrum, in quo divinus thesaurus repositus fuit, omni ex parte purum & impollutum permansit. *Athanas.* serm. in *Mariam* & *Ioseph.* Hæc est porta orientalis clausa, per quam solus pontifex ingreditur & egreditur, &c. *Hieron.* cap. 2. lib. 2. adversus *Pelagian.* 22 Licet *Christus* nunquam risisse legatur; non est tamen verisimile illum prorsus ἀγελάστον, & in pueritia nunquam risisse; homo fuit & humani nihil à se alienum puto, sed sine peccato tamen. 23 Læta illa prodigia quæ Augusti tempore acciderunt, quæque illius causa esse facta *Suetonius* scribit, *Orosius* testatur fuisse adventûs *Christi* præsagia; nempe quod sereno cælo, circulus ad speciem cælestis arcus solis orbem ambiit. Itemque quod visus est Sol inter tres circulos fulgere, quorum unum corona spicarum ignita circundaret. *Dio. l.* 45. præterea primo anno triumviratus *Lepido* & *Planco. Coss.* tres soles visi sunt. *Plin. lib.* 2. *cap.* 31. & anno tetrio è taberna meritoria trans *Tiberim* oleum e terra erupit. *Eusseb. in Chron.* fluxitque toto Die sine intermissione. Hæc accidisse non ipso nativitatis *Christi* Die, sed ante, probat *Baronius* in Apparatu, & in Annalibus. de templo *Iani* clauso, de tabulis debitorum ærarii exustis vide *Sueton.* in *August.* Quod autem vetabat *Augustus* se dominum vocari testatur *Orosius* & *Dion.* Hæc omnia cælestis regis adventum indicabant. 24. Pastoribus nunciatur nativitas, quia 1. simplices erant 2. quia vitam antiquorum patrum gerebant, & pastores ecclesiæ præsignabant. *Aquin. part.* 3. *quæst.* 36. *art.* 3. Hic autem locus fuit turris *Ader*, id est gregis, juxta quam *Iacob* pavit greges suos; distat mille passus à *Bethleem. Hieron. ep.* 27. *Bed. de loc. S. cap.* 8.

Solis

l. 8. Solis inardescit radiis, longeque refulget:
l. 1. Protinus Angelicæ lætantes agmine turmæ
l. 8. Æthera mulcebant cantu, cæloque volabant,
3. *l.* 1. Cælicolûm & regem sublimi laude ferebant.
l. 6. Obstupuere animis, geliduſque per ima cucurrit
6. *l.* 7. Ossa tremor: subita ex alto vox reddita cœlo est:
l. 1. Pastores revocate animos, mæstumque timorem
1. *l.* 4. Mittite, namque deus claro nos misit olympo,
l. 4. Ipse hæc ferre jubens celeres mandata per auras:
l. 8. En hodie partu sub luminis editus oras
l. 1. Christus [25] *Bethlemæ* est; victo dominabitur orbi,
l. 1. Servitioque premet reges, gentesque rebelles;
l. 8. Quin [26] Manes imos penitus sua sub juga mittet,
l. 8. Et regem inferni dextrâ sub tartara trudet.
l. 1. Ite modò atque hinc vos *Bethlemæ* ad limina ferte,
Eclog. 6. Et puerum in præsepe alto spectate jacentem.
Æn. *l.* 1. Hæc ubi dicta dedit, volat inde per aëra magnum
l. 1. Remigio alarum, tota comitante caterva
l. 1. Aligerûm juvenum, qui clara luce refulgent,
l. 1. Et cætu cinxêre polum, cantusque dedêre.
l. 1. Corripuere viam intereà, qua semita monstrat,
l. 3. Pastores, urbem ascendunt, & tecta subibant.
l. 1. Mirantur verba aligeri, mirantur Iesum:
l. 1. Flagrantesque dei vultus, & virginis ora,
l. 1. Expleri mentem nequeunt, ardentque tuendo,
l. 1. Et pueri vultu pariter, matrisque moventur.
A.l. 1. *G.l.* 1. Sancte puer, tune ille deus, quem regia cæli
Ecl. 6. *A.l.* 9. Non capit? & parvo tamen in præsepe recumbis?
l. 8. Pectoris angusti subter fastigia tecti
l. 8. Ingredere, & nostris succede penatibus hospes,
l. 6. *l.* 3. Hic [27] stabulum, puer, hîc tua sunt cunabula, dormi.
l. 4. Extemplo *Judæ* magnas it fama per urbes,
l. 4. *Bethlemæ* puerum regali à sanguine cretum,
l. 1. Qui mare, qui terras omni ditione tenebit,
l. 8. Vt prædixerunt tot sancta oracula vatum.

25 Panis vitæ nascitur in domo panis, & filius *David* in civitate *David*.

26 Multæ statuæ de cælo tactæ in Capitolio cecidere. Dejecta sunt simulachra *Iovis*, *Lupæ* quoque cum *Romulo* & *Remo*: consecratæ literæ in columnis in quibus leges scribebantur obliteratæ sunt. *Delphicus Damon* jam mutus redditus, *Augusto* fateri coactus est sibi impositum silentium à puero Hebræo. *Augustus* reversus *Romam*, in capitolio aram extruit hac inscriptione: Ara primogeniti Dei, &c. vide *Dionem*, *Suidam*, *Nicephorum*.

27 Vere *Augiæ* stabulum est cor humanum. vide *Eras.* in adagiis.

Præ-

Prætereaque [28] Magi qui Persica regna tenebant,
Sidera dum spectant tacito labentia cœlo :
Ecce novam [29] stellam multa cum [30] luce videbant
Ardentem, & summi [31] labentem culmine cæli,
Signantemque viam, Solymæ quæ ducit in urbem *l. 2. 8*
At verò ancipiti reges formidine pressi, *Æn.*
Instituunt per regna *Arabum*, per inhospita saxa
Judæam petere & terras tentare repostas.
Ergo iter incæptum peragunt, Solymæque propinquant,
Et stellam haud timidis vadentes passibus æquant.
Vix urbem ingressi, [32] cum sese avertit, & aufert
Ex oculis astrum, tenues ceu fumus in auras : *Geo.*
Tum breviter reges fundunt has ore loquelas : *Æn.*
Isacidæ magni genus armipotētis *Abrami* (urbem)
Dicite (quandoquidem in vestram concessimus *Eclo.*
Quæ regio Christum, quis habet locus? illius ergô *Æn.*
Venimus & siccos *Arabum* superavimus agros.

28 Ἀπὸ περσίδος ἤρχοντο προσκυνῆσαι αὐτῷ, &c. *Athan. de incarnat. Verbi.* sic *Chrysost. hom. 7. in Matth. Cyrill. Alexan. in Isaiam. l. 4. orat. 4.* aliique multi. Nam nomen Magorum Persicum est, non Chaldaicum aut Arabicum, & Persarum mos fuit adorare reges, idque non sine munere : venerunt autem ut creditur Hierosolymam tredecim dierum spatio ; non à remotis sed proximis Persarum finibus, qui ab *Hierosolymis* vix ultra ducentas leucas distare dicuntur : u[illegible] autem camælis & dromedariis citissimis ut vult *Azorius. Institut. moral. lib. 1. part. 2.* & quia [illegible] fælix vicina est Persidi, detulerunt *Magi* in suis thesauris, aurum, thus, & myrrham quibus ab [illegible] *Arabia.* Reges autem hos *Magos* fuisse, vetus est ecclesiæ traditio ; quia eos tam honorifice *Herod* [illegible] cepit ; quia thesauros habebant, &c. Scriptura autem *Magos* nominat, non reges, ut ostenderet [illegible] stella *Christum* cognovissent ; hoc enim *Magorum* fuit non regum. quod autem *Beza* & *Casaubonu*[illegible] ciunt ex *Strabone* & *Cicerone* apud *Persas* tempore *Christi Magos* regni habenas non rexisse : Resp[illegible] verum esse, si de summo principatu intelligas ; nam unicus solebat esse in *Persia* Rex præcipuus [illegible] μέγαν βασιλῆα vocabant, quemque divinis honoribus prosequebantur : hic κατ' ἐξοχὴν rex [illegible] batur ; sic *Menedemus* in *Terentio : in Heaut. in Asiam ad regem militatum ivit.* At sub hoc fuisse [illegible] principes quos reges seu regulos vocant, nemo inficias ibit ; sic in *Canaan* tempore *Iosuæ* 30. erant [illegible] 29. Hanc stellam cognoverunt, vel ex artis scientia, vel ex vaticinio *Balaam* Prophetæ sui, inqui[illegible] *ronymus, in Isai. cap. 47.* sed stella hæc non potuit esse naturale indicium ortus *Christi* qui fuit [illegible] naturalis : nec enim ille apparuit propter stellam, sed stella propter illum, cognoverunt ergo [illegible] stellam fuisse *Christi*, vel ministerio *Angelorum*, vel *S. S*, instinctu, vel ex vaticinio *Balaam* : [illegible] ne autem stellæ non intelligo vel Angelum, vel figuram stellæ, vel unam ex antiquis illis cæles[illegible] vel cometam : sed novam stellam in aere creatam, quæ secundum divinam voluntatem movebatu[illegible] interdiu apparebat, & secundum motum *Magorum* movebatur. vide *Chrys. Hom. 6. in Matth. pa*[illegible] *quæst. 36. ar. 7. Thomam* aliosque. 30. Quidam putant hanc stellam fuisse sole lucidiorem, conside[illegible] corporis illius parvitatem & terræ propinquitatem. sic *Prudentius* ; Hæc stella quæ solis rotam [illegible] decore ac lumine, &c. 31. Hæc stella deorsum descendens partum virginis demonstravit. *A*[illegible] *Epiph. part. 3. quæst. 35. art. 7. in Matth. cap. 2.* descendit stella à summitate, & terræ pro[illegible] facta, ostendit eis locum : non enim demonstrasset *Christum* nisi descendisset, &c. *Theophyl.* 32. [illegible] gulari dispensatione occultata est stella Iudæis quæ visa est gentibus, ut illorum rejectionem [illegible] rum autem electionem significet ; nec videtur in superba urbe *Hierusalem*, sed in humili [illegible] *leem.*

Nos

l. 6. Nos huc stella micans, (sed non sine numine Divûm)
l. 8. Duxit ab auroræ populis & littore 33 rubro.
l. 6. Hunc puerum late regem, verboque potentem
l. 1. Dicimus, hic solus cunctis dominabitur oris;
l. 9. Illi propterea ferimus solennia dona.
l. 7. Hâc rex sollicitus famâ verbisque 34 Magorum
l. 4. Multa parat, nunc huc animum, nunc dividit illuc;
l. 4. In partesque rapit varias, perque omnia versat:
l. 4. Hæc alternanti potior sententia visa est.
l. 7. Pontifices, Scribasque ille intra tecta vocari
l. 7. Imperat & solio medius consedit in alto;
l. 6. Multa super Christo rogitat, terramque requirit
l. 12. Natalem Domini. sedato corde petenti
l. 12. Olli respondent, 35 *Bethlemæ*, ut sæpe monebant
l. 4. Præscia venturi vatum prædicta priorum.
l. 7. *Herodes* reges ad sese in tecta vocavit,
l. 4. Clam rogitans 36 quando surgens stella 37 ignea summo

33 Hîc non intelligo mare Erythræum, quod ab argilloso solo sic denominatur, sed sinum Persicum: rubrum enim mare in duos dividitur sinus, quorum qui ab oriente est, Persicus appellatur, alter Arabicus, unde *Arabia* est, vocatur. *Solinus*, *Polyhist. cap.* 68. in mare rubrum exeunt *Euphrates* & *Tygris* inquit *Strabo*, id est in sinum Persicum. Sic *Seneca* his verbis: Et qui renatum pronus excipiens diem

idum rubenti *Tygrim* immiscet freto. Act. 1. Sceu. 1. vide *Plinium* & *Ortelium*. Præterea, Ery- regis sepulchrum a quo mare rubrum nuncupatur, non in Arabico sinu, sed in Persico, juxta *niam* posuit *Curtius*. vide *Francis. Perman. de Cordona cap.* 49. *didascæ multiplicis*. 34 Recepta o est hos Magos nec præstigiatores, nec diabolicæ artis professores esse, sed Astrologos, & Ma- naturalis studiosos. Nam apud Persas *Magi* idem sunt quod apud Græcos Philosophi; apud scos Aruspices, apud Indos Gymnosophistæ, apud Babylonios Chaldæi, apud Aegyptios Hie- ntæ, apud Gallos Druidæ; hi omnes maximo in honore habiti. de Druidum authoritate scientia nionibus vide *Cæs. comm. l.* 6. 35 *Bethlehem* duæ sunt, una in tribu *Zabulon*, de qua *Iosua*. 9. al- in tribu *Iuda*, olim dicta fuit *Ephrata*, Gen. 35. & 48. vocatur & civitas *David*, *Luc.* 2. quia hîc *id* vixit, 1 *Sam.* 16. in monte sita fuit sex millibus passuum *Hierosolymis*, versus austrum. In loco itatis *Christi*, *Hadrianus* fanum *Adonidi* erexit, quod *Constantinus* postea solo æquavit; & in eo- loco *Helena* magnificum templum D. Virgini sacrum extrui curavit. Hæc urbs in episcopalem sedem ur suasu *Paschalis* 2. & dotatur à *Balduino Hierosol.* rege an. 1110. 36. *Augustinus*, *Chrysost-* , & *Theophylactus*, *Ser.* 7. *de Epiph. hom.* 7. *in Matth.* 5. 2. putant stellam Magis apparuisse biennio ativitatem Christi, at communior sententia est, visam fuisse stellam a Magis, eodem die quo Chri- atus est. Non enim ex stella nasciturum Christum, sed natum jam cognoscebant; & quia stella um natum quidem, sed non quando natus est indicabat, propterea *Herodes* securitatis causa omnes s necari jussit, qui nati erant duobus annis prius quam stella appareret. 37. Veteres, stellas ig- atuebant, quod cælum igneum esse putabant. Stoici igneas esse volunt, pascique vaporibus ex & aqua sublatis; quo alimento deficiente, totum mundum incendio arsurum. Patres qui aquas firmamentum locant, stellas igneas esse volunt, ut siderum ardor aquarum illarum frigore retur: at re verâ astra igne a non sunt per se & formaliter, sed effectione & virtualiter tan- ut vinum; dant autem calorem quem non habent, sic vitam etiam & generationem, sic do stuporem; at si astra ignes essent, indigerent pabulo, haberent contrarium, corrumpe- etiam; moverentur quoque sursum, non autem circulariter nisi violenter. Quomodo Satur- frigidus, si astra sunt ignea? si autem una stella est frigida, altera actu calida, una stella alteri

Extulit

Extulit os sacrum cælo, tenebrasque resolvit:
Ite ait egregii reges, quos stella subegit
Ignotas tentare vias, exquirite Christum, L. 7.
Vos sequar, et meritos illi indicemus honores.
Postquam digressi, cælo constare sereno
Cuncta vident, iterum multâ cum luce cucurrit L. 3.
Stella ardens, donec tandem superastitit æde
Virginis et latè lustrabat lampade tecta.
Tunc reges præter solitum dulcedine læti Geo
Interiora 38 domûs irrumpunt limina, et almum Æn
Infantem aspiciunt, quem mater diva lacertis
Ridentem amplexu molli fovet, ille vicissim
Dat matri amplexus, atque oscula dulcia figit.
Vt 39 tres conspexit venientes virgo tyrannos,
Obstupuit primo aspectu: tunc plurimus ignem L. 1.
Subjecit rubor, et calefacta per ora cucurrit:
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent ubi lilia multâ
Alba rosâ, talis virgo dabat ore colores.
Mirantur puerum, figuntque in virgine vultus
Suppliciter reges, & sanctum numen adorant.
Dona dehinc 40 auri, cum myrrhâ & thure Sabæo
Dant puero, veri monumentum & pignus amoris
Æterni 41 populi, proprio qui sanguine *Christi*
Nomen in astra ferent, quorumq; a stirpe nepotes
Omnia sub pedibus quà Sol vtrumque recurrens
Aspicit Oceanum, vertice regique videbunt.

erit contraria, eritque inter eas mutua actio & passio & per consequens corruptio: ridicula ergo est eorum opinio qui volunt Solem esse actu calidum, quia alioqui calorem rebus non impertiret.

terra impertit colores, odores, & sapores herbis, quos ipsa non habet: & nervi sensum habent a cerebro, hoc tamen non sentit, nec sentire debet, quia omnium sensuum, communis est judex.

38 *Epiphanius* putat Magos non in stabulo, sed in domo quadam privata, infantem invenisse, sed communis, opinio est, Magos ibi invenisse Christum, ubi natus est, nec verisimile est Virginem a loco partûs abiisse, ante diem purificationis, qui fuit quadragesimus. 39. Communem opinionem sequuntur tantum fuisse Magos asserit. 40. Aurum *Christo* datum ut pauperi, thus ad lætoresn tollendum, myrrha ad solidanda infantis membra: vel aurum oblatum ut regi, thus ut deo & doti, myrrha ut homini morituro. Offeramus etiam & nos aurum charitatis, thus piarum num, & myrrham mortificationis membrorum. Aurum olim consecratum fuit Soli, sic jam Soli justitiæ. thus in medicina utilis teste *Dioscoride. lib.* 1. hîc exhibetur *Christo* optimo myrrhâ seu stacte quæ myrrhæ gutta est olim ungebantur, capilli unde *Arabum* nos dicitur. Nos *bum* noster rore capillus olet. *Ovid.* in *Sappho*. Hic apte exhibetur *Christo*, qui unctus a patre sa lætitiæ. 41. Primitæ gentium fuerunt hi Magi; gentes autem extra ecclesiæ pomeria fuerun *Christi* adventum; reges autem gentium non solum sceptra sua *Christo* submiserunt; sed Christiani nominis hostes ubique terrarum subjugarunt; ut ex historiis *Constantini, Theodosii, Caroli Magni*, e que successorum patet.

Vert

l. 2. Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox
l. 2. Involuens umbra magna, terramque, polumque.
l. 2. Tempus erat quo prima 42 quies mortalibus ægris
l. 2. Incipit, & dono 43 divûm gratissima serpit.
l. 8. Dum reges placida laxabant membra quiete,
l. 2. In somnis ecce ante oculos alatus olympi
l. 5. Nuncius adstabat, visusque ita voce monere:
l. 3. Vos qui sentitis tacito labentia cælo
Geo *l.* 1. Sidera, 44 signorumque obitus spectatis & ortus:
Æn *l.* 4. Præcipites vigilate, fugamque capescite, regnum
l. 2. *l.* 9. In patrium remeate alia regione viarum;
l. 8. Dixit, tum cælo juvenis se condidit alto
l. 8. Astra petens: nox atra Magos, somnusque reliquit,
l. 5. *l.* 4. Surgunt, consilio parent, ac jussa capessunt;
l. 4. Præcipitantque fugam, sylvas saltusque peragrant
l. 4. Ne forte *Herodes* cursu teloque sequatur.
l. 8. *l.* 5. Namq; furens animo deceptus fraude Magorum,
l. 3. *l.* 2. Qui se inconsulto in patriam remeare volebant;
l. 3. *Bethlemæ* 45 pueros miserando absumere letho
l. 2. Decrevit, patriosque insontum funere vultus
l. 2. Fædare infantum, & luctu tectum omne replere.
Eclog. 9. Heu cadet in quenquam tantum scelus!

42 Est quidem somnus quies, sed non spirituum & sanguinis ut vult *Cardanus*; non quiescunt spiritus vitales dum vivimus; nec naturales, nam in somno maxime alimur; nec animales, nam unde insomnia? inquit *Scaliger*. deinde multi in somno loquuntur, gradiuntur, &c. opera nempe spirituum animalium. Exigua enim vis in musculis latens, a forti imaginatione excitatur, ut ait *Laurentius*. Sanguis autem in somno & gignitur & transmutatur; quod absque motu non fit; est ergo somnus ut censuit *Aristoteles*, *Lib.* 4. *quæst.* 12. ὑπνος ἀρχὴ αἰσθητικῆς quies primi sensorii, id est cordis, ratione nempe facultatis sensitivæ & intellectivæ non autem vitalis & motivæ quæ non cessant, vide *Scaligeram*, *Exer.* 289. 43 Hic Angelos intelligo, sunt enim Divi, id est, Dei filii, & divinæ gloriæ & gratiæ participes. Hi somnum & insomnia hominibus immittunt. Quia omnia corporalia regentur per Angelos, potestas enim particularis regitur per universalem, sed virtus corporea est particularis, quia individuatur per materiam, virtus vero Angeli est universalis, quia est absoluta & intellectualis, inquit *Thomas*. *Part.* 1. *quæst.* 110. *art.* 1. 44. Duodecim zodiaci partes signa vocantur, quod per illa designantur motus omnium astrorum, vel quod designant varia anni tempora vel naturales affectus, ut serenitatem, pluviam, &c. non autem signa sunt humanorum eventuum & actionum; sic enim essent vel naturalia signa, vel ex justituto divino; si illa, essent vel causæ vel effectus harum actionum, at utrumque falsum. Si ex instituto, necessario fierent hæ actiones vel contingenter; si necessario, tum homo non esset liberi arbitrii; si contingenter, essent signa fallacia; quia homo potest agere vel non agere. Ne cometæ quidem signa sunt certa; nam multi cometæ visi sunt sine ulla pernicie; & multæ clades sine ullo cometæ indicio. 45. Primitiæ martyrum fuerunt hi pueri; & sanguine jam incipit seminari ager ecclesiæ. Hujus infanticidii non meminit *Josephus*. *Macrobius* tamen mentionem facit. 2. *Satur.* 4. 46. Non sentio cum *Pelagio* infantes immunes esse ab omni peccato, in illoque esse statu in quo fuit *Adam* ante lapsum, neque illis opus esse baptismo, sine quo vitam æternam consequi possunt; quos errores docte refutavit *Augustinus* aliique: *David* natus & conceptus in peccato, summa natura filii iræ, & cor nostrum pravum est, ab ipsa infantia; *Christus* pro infantibus etiam mortuus est, ergo insontes non sunt; dici tamen possunt insontes respectu crudelitatis *Herodis*; ab eo enim sic crudeliter trucidari non meruerunt.

In-

Interea dum rex irarum fluctuat æstu, *Æn. l.*
Josepho in somnis *Gabrielis* venit imago, *l.*
Omnia 47 cælicolæ similis, vocemque, coloremq;, *l.*
Et crines flavos, & membra decora juventæ. *l.*
Tum sic aggreditur, visusque ita voce monere est. *l.*
Sancte Senex potes hoc sub casu ducere somnum? *l.*
Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis? *l.*
Rex furit *Herodes* immani concitus irâ, *l.*
Mille dolos, dirumque nefas in pectore versat: *l.*
Non fugis hinc præceps dum præcipitare potestas? *l.*
Eia age rumpe moras, puerum cum Virgine Matre *l.*
Hos cape fatorum comites, pete regna 48 *Pharonis*. *l.*
Hîc latebas donec tuto vos tramite sistam *l.*
In patriam reduces, tacitis jam noctis in umbris *l.*
Carpite iter, dulcemque oculis abrumpite somnū; *Geor. l.*
Ne te his attingat terris aurora morantem. *Æn. l.*
Angelus hæc fatus nocti se immiscuit atræ. *l.*
At senior *Ioseph* subitis exterritus umbris *l.*
Corripit è stratis corpus, *Mariamque* fatigat: *l.*
Excute mox somnum Virgo, tenerumque puellum *l.*
Tollas exilio comitem, deus æthere ab alto *l. Æn. l.*
Aligerum famulum præstanti corpore misit, *l.*
Qui celerare fugam, patriâque excedere suadet: *l.*

47 Hîc ad veteres picturas alludo: Angeli enim corpora naturaliter sibi unita non habent, ut credidit *Origines*: quia quod accidit naturæ non invenitur universaliter in illa, ut habere alas animali, sed habere corpus accidit naturæ intellectuali quia intelligere non est actus corporis, ergo natura intellectualis ex se non requirit corpus. 2. in aliquo genere ubi datur imperfectum, debet etiam dari perfectum, natura autem intellectualis in homine est imperfecta egens corpore, ergo debet dari tura intellectualis perfecta sine corpore. *Aquin. part.* 1. *quæst.* 5. *art.* 1. Assumunt autem corpo non propter se, sed propter nos, & humana potius quam alia, quia natura Angelica est similis humanæ. 2. Vt hac similitudine conciliarent amorem. 3 Quia nulla figura tam apta est ad loquendum qu humanæ. 4. Angeli & homines sunt ejusdem capitis membra, ejusdem patriæ cives. 5. Assumer corpus humanum honorarunt illud, testatique sunt, á *Christo* aliquando assumendum. 6. Partes o poris repræsentant Angelorum proprietates; oculi cognitionem, manus operationem, &c. V. *Perer. in Daniel. lib.* 3. Non autem difficilius est Angelo sibi assumere corpus materiale qu materiæ suscipere formam equivocam, quæ sibi murem fabricat in fimeto. Sol non solum muris pus fabricat, sed etiam dat animam in fimeto, at Angelus est nobilior quam Sol, &c. *Scaliger. ex* 359. 13. 48. *Aegyptus* regnum *Pharonis* dicitur, quia olim *Pharones* illi imperabant; hoc autem men fuit commune omnibus *Aegypti* regibus, ut *Cæsar* Romanis imperatoribus; sic apud Syros *Ptolemæi*: apud Parthos *Arsacidæ*; apud Philistim, *Abimelech*; & post *Alexandrum*, in *Aegypto* re dicebantur *Ptolemæi* usque ad *Cleopatram*: qua victa apud *Actium*, *Aegyptus* facta est Romana p vincia. *Hieronymus. Lib.* 5. *comment. in Ezech.* Primo paruit suis regibus *Pharonibus*, postea *Ass opibus*, dein *Persis* usque ad *Darium* nothum, à quo defecit, & suis iterum regibus paruit usque *Alexandri* exitum; Ptolemæis enim subdita fuit: tum Romanis, donec sub *Heraclio* Saraceni occuparunt, qui reges suos communi nomine *Sultanos* vocant; jam *Turcarum* tyrannide opp sa est.

Ec

*l.*4. Ecce iterum stimulat; sequimur te penniger alme
*l.*4. Quisquis es, imperioque tuo paremus ovantes;
*l.*4. Adsis, ô, placidusque juves, & dirige gressum.
*l.*6. Dixerat, & pariter gressi per opaca viarum
*l.*6. Corripiunt spatium medium, terræq; propinquant
*Geo.l.*4 *Ægypti*, quam nigra amnis fæcundat arena,
Geo.l. 4. Et diversa ruens septem discurrit in ora
Geo.l. 4. Vsque coloratis [49] *Nilus* devexus ab [50] Indis.
*Æn.l.*1. At rex crudelis fremit horridus ore cruento,
*l.*1. Præsentemque necem pueris intentat, & ultro
*l.*9 *l.*11. Cogit in arma viros, & vocibus excitat iras.
*l.*2. Sic animis juvenum furor additus, inde (lupi ceu
*l.*2. Raptores atra in nebula, quos improba ventris
*l.*2. Exegit cæcos rabies, catulique relicti
*l.*2. Faucibus expectant siccis) crudeliter urbem
*l.*2. Ingressi, rumpunt aditus, omnemque trucidant
*l.*2. (O scelus) infantem, & late loca funere complent.
*l.*2. Tum pavidæ matres gemitu, miseroque tumultu
*l.*2. Omnia miscebant, ferit aurea sidera clamor;
*l.*11. Pectora nunc pugnis fœdant, nunc unguibus ora,
*l.*2. Amplexosque tenent pueros, atque oscula figunt.
*l.*2. Quis tantam cladem, quis talia funera fando
*l.*2. Explicet? aut possit lachrimis æquare dolores?

49 *Nili* origo incerta, unde διιπετὴς id est a *Iove* cadens vocatur ab *Homero*, 2. Incrementi illius causa non minus incerta, nam nec a liquefactis nivibus in montibus *Aethiopiæ*, ubi sol maxime fervet, nec a ventis *Etesijs* illic flantibus sole existente in Cancro, (nam alia flumina *Etesijs* non minus subjecta sunt, quæ tamen hoc tempore non augentur) incrementum capit, sed vel ab assiduis imbribus in Aethiopia spatio 40. dierum, vel ab occulta qualitate aquæ Niliacæ & terræ Aegyptiacæ, si enim glebam illius soli domi serves, pondus augebitur & minuetur secundum augmentum & diminutionem fluvij. 3. Nilus terram fæcundat, & siccis locis fecem relinquit. 4. Ex universis amnibus nullas expirat auras. 5 Crocodilis & plurimis & maximis abundat: plura vide in quæstionibus nostris in *Genesin. cap.* 41. 50 *Indiæ* nomen fuit commune omnibus remotis regionibus, sic *America* vocatur *India*, & olim Aethiopes Indi dicebantur. Colorati autem hic dicuntur, quia minio tingebantur, vel quia vicini sideris vapore torrentur, adusti que similes gignuntur barba & capillo vibrato. *Plinius* 2 sic *Seneca*. Qua ferens *Titan* diem binos propinqua tingit Aethiopas face: fluvius autem *Nigris* dividit Aethiopas in orientales *Arabiam* & *Aegyptum* versus & occidentales, mare Atlanticum spectantes. ipsa autem Arabia in Scrip. *Aethiopia* vocatur, quia vicina est *Aethiopiæ*. Arabes cum Aethiopibus eandem religionem profitebantur. Puto autem Aethiopas Indos vocari, quia *Aethiopia* superior (quæ & regio Abyssinorum dicitur) ab oriente alluitur mare Indico color autem non tam a solis æstu, quam a peculiari illius populi & climatis temperamento oritur. Nam quos ad maritima separat *Niger* fluvius, non sunt utrobique unius coloris, qui tranquillum habitant calore nigerrimo: qui eis colunt fulva sunt cuti, seu mustellina inquit *Scaliger*.

*Iuz cap.*78.

Exer. 195. 8.

Sed simul ac regis crudelis 51 vita per auras
Concessit mœsta ad Manes, corpusque reliquit:
Ecce iterum in somnis vultu redeuntis eodem
Aligeri se forma Fabro mox obtulit, illum
In patriam remeare jubens, pia jussa capescit
Josephus, cui magna fuit spes regna videndi
Patria, progreditur, dextræ se parvus *Iesus*,
Implicuit, sequiturq; patrem non passibus æquis.
Ponè subit virgo, perplexum iter omne revolvens
Et tandem patriæ perventum ad limina sedis.
Sed cum fama volat *Iudæ* regnare per urbes
Sævum 52 *Archelaum*, metuens consistere terra
Iosephus patria; 53 *Antipæ* considere regnis
Herodis voluit, *Nazarethæ* obscurus in urbe
Delitult puer ille genus qui ducit olympo
Parve puer cujus fama est ingentior annis
Quamvis obscurus secreta in sede latebas.
Parvus es, ast idem magni rex magnus olympi;
Pauper es, at donis opulentus; filius, idem
Es pater omnipotens; famulus, sed maximus orbis
Auctor es & dominus, cui serviet ultima 54 *Thule*.
Verum *Christe* quibus cœlo te laudibus æquem?
Æthere qui summo Manes descendis ad imos

51 Postquam lento calore tostus, immensa voracitate vexatus, intestinorum exulceratione & coli is passionibus nec non aqua intercute, pedamque tumore & inguium, virendis quoque putrefactis, vermiculis scatentibus, &c. diu cruciatus fuisset, tandem 5. die post necem filij sui *Antipatri* qui patrem tollere veneno parabat: miserè vitam finivit *Herodes*, prope tempus paschale fere septuagenarius, anno regni sui 37. inchoato. vide *Josephum. ant.* 17 cap. 8.

52 Hic posterioribus tabulis testamenti paterni, hæres regni fuit constitutus, sed *Augustus* hunc regem declarare noluit, verum dimidia parte ditionis paternæ ei concessa, Tetrarcham sive mavis Toparcham constituit *Judææ*, *Idumææ*, & *Samariæ*. Regium tamen titulum promisit, si regio titulo dignum se redderet: alterum vero dimidium titulo Tetrarchiæ, partitus est inter alios duos fratres, *Philippum*, & *Herodem Antipam*, qui sibi vendicabat regnum, ex prioribus tabulis testamenti patris debitum. Hujus tyrannidem non ferentes Judæi & Samaritani, eum ad *Cæsarem* detulerunt: qui *Archilaum* in exilium *Viennam* misit, multatum prius omni pecunia. *Joseph. l.* 17. *c.* 18. 53. Hic Tetrarcha *Galilææ* ab *Augusto* constituitur; rejecta conjuge legitima, subintroduxit uxorem sui fratris viventis: *Johannem* decollari jussit, *Christo* illusit, a *Caio* Imperatore *Lugdunum* in exilium missus una cum *Herodiade*, (quæ ut secundæ fortunæ *Herodis* fuit socia, sic volebat esse adversæ) miserè interijt. 54 Vocem *Thules* pro remotissimâ quavis regione usurpabant Romani: *Ortelius* putat *Islandiam* Norvegiæ tractum esse antiquorum *Thulen*, alij volunt *Islandiam* esse *Thulen*. Sed revera *Shetlandia*, insula Scotorum regno subjecta est ipsissima *Thule*, quam ideo nautæ *Thilusei* vocant. *Solinus* eam juxta *Britanniam* ponit, & bidui navigatione a *Caledoniæ* promontorio seu *Catnesse* distare affirmat. elevatio etiam poli cum Ptolemæica exactè consentit, inter *Norvegiam* & *Scotiam* sita est, & Bergorum litteri oppositæ, ut scribit *Pomponius Mela*: in litture autem Bergorum sita est urbs *Bergen*: Hæc vera esse experientia comperi, transegi namque ter sex menses activos in *Thule*, quæ jam multos annos *Christi* imperio subdita est.

l. 2. Vt nobis *Satanæ* manicas, atque arcta levare
l. 8 Vincla queas; duros pro nobis mille labores
*l.*8. Gente sub injusta, factis *Herodis* iniqui,
*l.*5. Pertuleras; hostes omnes, inimicaque castra
l. 4. Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam
*l.*1. Imperio premis, ac vinclis & carcere frænas.
*l.*8. Te stygij tremuere lacus, tu regna recludis
*l.*6. Pallida, tu rerum dominus, tu maximus ille es
*l.*6. Vnus qui nobis moriendo restituis rem.
*l.*8. Salve vera *Iovis* proles, decus addite divis,
*l.*8. Et nos, & mea dexter adi pede acta secundo
*Ecl.*8. Primus ab undecimo cum *Christum* cœperat annus
*Æn.l.*1. Ascendit [55] *Solymam*, gressumque ad mœnia tendit.
*l.*1. *l.*6. Stabat in urbe ingens solido de marmore [56] templum.
*l.*1. Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque
*l.*1. Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis
*l.*7. Tecti auro muri, fulget de postibus aurum,
Auro sacrati splendent laquearia tecti;
*l.*8. Ardet & aulæis templi penetrale superbis.
*l.*1. Hîc *Christus* veterum volvens monumenta virorum
*l.*5. Ante annos animumque gerens, curamque virilem;
*l.*9.

55 Masculiter in anno incumbebat comparere coram domino, nempe in festo Paschatis, Pentecostes, & tabernaculorum, *Exod.* 33. *Christus* autē jam ascendere volebat, ut legem impleret, ut paretibus obediret, ut sapientiam suam ostenderet, ut pueris exemplum pietatis monstraret: *Hierosolyma* autem in medio fere terræ & *Palestina* sita 42 Iebusæis possessa, a *Davide* aucta, a Chaldæis subversa, a *Zorobabele* restaurata, a *Tito* funditus deleta, ab *Hadriano* condita & *Aelia* nominata, a *Cosroe* Persarum rege direpta, a *Godefredo* recuperata, a *Saladino* iterum capta: jam verò cineres ubi Troja fuit. 56 Templum hoc ab *Herode* extructum seu auctum potius, inter orbis miracula numerandum est. Octo annis absolutum fuit, scilicet anno decimo ante *Christi* ortum. Inchoatum verò anno 18. regni *Herodis*. Non solum ob fabricam & magnificentiam *Salomonis* templo par fuit, sed ob præsentiam *Christi* longe augustius, hic tamen defuerunt quinque res quæ templum *Salomonis* reddebant venerabile: nempe divina præsentia 2. afflatus spiritus prophetici. 3. ignis sacer. 4. Vrim & Thummim. 5. Arca cum ipsius tegmine propitiatorio: sic *D. Kimchi* asserit, sed reverta hæc non defuerunt, nam hæc omnia in *Christo*, & *Christus* instar omnium.

Consedit medius: Placido tunc ore [57] Magistros
Aggreditur, gaudetque audire & reddere voces.
Conticuere omnes intentique ora tenebant
Christum admirantes, quod sit divinitus illi
Ingenium, atque annis rerum [58] prudentia major.
Multa inter sese vario sermone serebant
Quis novus hic sacris consederat ædibus hospes,
Et præcepta ferens, & respondere paratus.
Quin pueri virtus animo, multusque recursat
Oris honos, hærent infixi pectore vultus,
Verbaque, hæc possunt expleri corda tuendo.
At puerum amissum fessi mœstique parentes
Tres soles quærunt, iterumque iterumq; vocantes.
Huc illuc volvunt oculos, totamque pererrant
Luminibus *Solymam*, media testudine templi
Alte subnixum solio, legesque docentem
Inveniunt tandem; ast illi obstupuere silentes,
Conversique oculos inter se atque ora tenebant;
Lætitiaque metuque avidi contingere *Christum*
Ardebant, sed res animos incognita turbat.
Vt primum fari potuit sanctissima virgo
Aggreditur natum, fuditque has ore loquelas:
Chare puer quonam nostri tibi cura recessit?
Quos fugis, aut quis te nostris amplexibus arcet?
Heu nescis quantos discessu, nate, dolores
Attuleris nobis: somnos mihi cura salubres

57 Magistros seu doctores Hebræi Rabbi vocant ob multã quam habent, vel habere debent doctrinam. Est enim Rab, multus. Chaldæi vero & Syri vocant Magistrum Ribbon, pro quo in Evangelijs scribitur Rabboni, hunc titulum hodie consequuntur illi solũ, qui eum pecunia emere possunt: viri docti si inopia premantur, eo defraudantur vide *Munsterum*. Rabbini è priscorum doctorũ sententijs & exemplis Thalmud suum conflarunt, id est, doctrinale, nam jus canonicum & Theologiam continebat, blasphemijs ramen & fabulis scatet. Duplex autem est Thalmud, Hierosolymitanum unum, collectum a *Juda Simeonis* filio anno 150. ab ultimo urbis excidio. Alterum Babylonicum, sub annum *Christi* 477. conflatum. Cabbalam etiam confinxerunt, quæ continet legis arcana, spiritualem, allegoricamque intelligentiam: hanc aiunt *Moysem* in monte a Deo accepisse, illumque *Josuæ* tradidisse, hunc vero senioribus, hos prophetis, hosque viris Synagogæ magnæ usque ad *Esdram*, qui hanc doctrinam huc usque ore traditam, scripto commisit. *Esdras* autem *Simeoni* pontifici tradidit, & hic alijs, donec ventum est ad *Simeonem* qui *Christum* ulnis suscepit, hic autem *Gamalieli* tradidit *Pauli* Magistro, &c. anno autem *Christi* 476. Rabbini notulas illas quibus hodie Iudæi utuntur, vice vocalium & accentuum, ad lectionis facilitatem, repererunt. Vide *Galatinum*, *Baronium*, *Genebrardum*, &c. plura de Rabbinis differentes. 58 Duplex fuit in *Christo* prudentia, seu scientia, una infusa, altera acquisita, in illa non profecit *Christus*, hæc vero aucta fuit in *Christo*, & quantum ad experientiam & quantum ad essentiam ipsius habitus. *Aquin.* fuit ergo in *Christo* ignorantia, si consideretur secundum naturam speciei, at ut unita fuit Hypostasi divinæ, plenitudinem habuit scientiæ & gratiæ. *Christus* ergo interrogabat doctores, non ut disceret, sed ut erudiret.

annot. in Gen. c. 21.

in arcan. Cath. verit. in Annal. in Chronol.

Part. 3. q. 12. art. 2.

Abrupit,

A.l.6.l.11. Abrupit, frons læta parum, turbataq; mens est,
l.5. Nec lachrimis caruere genæ, dum quæro per omnē
l.2. Te *Solymam*, & nota excedo regione viarum.
l.6. Si forte errasses; tandem datur ora tueri
l.6. Nate tua, & notas audire & reddere voces.
l.1. Sic *Maria*; at *Mariæ* contra sic filius orsus:
l.2. Quam pro me curam geris, hanc precor optima
l.12. Deponas, natumq; sinas pro patre laborem (pro me
l.1. Virgo pati, cuius mihi jussa capescere fas est.
l.4. Imperio magni patris parere paravi,
c.2.l.3. Hoc placeat nobis, hæc est mihi sola voluptas
l.3 l.2. Solamenque mali; nec me labor iste grauabit.
l.1. Hæc ubi dicta dedit, Virgo seniorque maritus
l.2.l.6. Inde domum referunt sese; puerique volutant
l.4. Verba animo secum, & curam sub corde premebāt.
l.6. Ille autem paribus curis vestigia figens
l.4. Insequitur, patrisque ac matris jussa facessit;
l.10. Exegitque suos cum patre inglorius annos,
Eclog.4. Clam, donec firmata virum se fecerat ætas.
l.8. Postquam [59] ter denos exactis mensibus annos
l.6. Implêsset *Christus*: mox curva ad flumina tendit
l.8. *Iordanis* rapidi, pleno qui gurgite ripas
l.8. Stringebat virides, & pinguia culta secabat
l.8. Cæruleus *Iordan*, cælo gratissimus amnis.
l.6. Huc ingens turba ad ripas effusa ruebat,
l.6. Matres atque viri, pueri innuptæque puellæ.
l.6. Quam multa in silvis autumni frigore primo
l.6. Lapsa caduntfolia: aut ad terram gurgite ab alto
l.6. Quā multæ glomerātur [60] aves, ubi frigidus annus
l.6. Trans pontum fugat, & terris immittit apricis,
6.G.l.2. Stabant orantes perfundi flumine sacro.
En.l.3. Hic vitam in [61] sylvis inter deserta ferarum.

59 Τρεῖς δέκαδας ἐτῶν πολιτευσάμενος *Ignat. n epist. ad Trallianos.*

60 Grues & hirundines verno tempore ad nos veniunt, æstuosam regionē fugientes autumno timentes hiemem in calidas regiones catervatim commigrant, unde videntur in *Alexandria*. *Cardanus de subtil. l.17.*

61 *Baronius* vult *Joannem* Monachisim authorem, sed *Bellarminus* Eremitas a Monachis distinguens, vult *Antonium* Eremitarum authorē, non tempore quia *Paulus* fuit eo prior, sed institutione, quia primus habuit discipulos, & ipse a nullo didicit. *Bellar. de monach. l.2.c.5.* at demus *Baptistam* Authorem primorum monasteriorum, quæ fuerunt officinæ virtutum abstinentiæ, jejunij, patientiæ, laborum, ut ait *S. Ambros. l.10. ep.82.* Hoc nihil ad hodiernum Monachatū qui longē a sua prima origine degenerauit, & quantis abusibus contaminatus & deformatus sit, satis per se est manifestū, nam paulatim, religio vera in superstitionem & inanem speciem religionis conversa est, &c. ut queritur *Cassander. consult. art. 23.*

Lustra domosque trahit *Iohannes* regis olympi
Nuncius; hunc steriles vatem genuere parentes.
Horridus in[62] pilis, & stratus pelle cameli,
Prædicit multa, & tristes denunciat iras,
Fundit humus facilem victum,[63] sylvestria mella
Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.
Hunc adiens *Christus* verbis compellat amicis:
Zachariæ soboles, magnam cui mentem animumque
Inspirat pater omnipotens, aperitque futura,
Ad te confugio, & supplex nunc flumine vivo
Tingi oro, corpus fluvialí spargito lympha.
Iohannes contra: tuus ô rex magne quid optes
Explorare labor, mihi jussa capescere fas est.
Verum me potius fluvio mersare salubri
Debes, haud equidem tali me dignor honore
Tam sacris humeris largos infundere rores.
Sed si tantus amor menti, si tanta cupido est
Spargere corpus aqua, fluviumq; intrare rapacem,
Parebo; sequere, & tuto te tramite sistam.
Tum[64] demum præceps toto se corpore *Christus*
In fluvium dedit; ille suo cum gurgite puro
Accepit venientem, & mollibus extulit ulnis.
Ecce autem subitum & dictu mirabile monstrum:
Namq; videt *Christus* medium discindere[65] cælum

Geo.
Æn. l.
l.
l.
l. 1. l.
Æ
l.
l.
Geo.
Æn. l.
Geo l.
Æn. l.
Geo.
Æn l.
l.
l.
l.
l.
l.

62 Ad pœnitentiam hortabatur etiam habitu, lugubrem enim & vilem gerebat vestem, in hoc fuit alter *Elias*. Camelus autem est animal partim mundum quia ruminat, partim immundum quia ungulas non dividit: sic *Johannes* mundos Iudæos, & immundos Gentiles adducebat. Pelle etiam mortuæ animalis, mortificationem denotabat, & mortis meditationem. Cinctus autem erat velut in opere existens, negligentes autem & delicati non cinguntur. Vide *Theophilac.*

63 Hic *Johannem Pelusiotam* sequor, qui locustas putat esse herbarum summitates: & licet *Adam* qui ait mel sylvestre nil aliud esse quam folia quarundam arborum mellitis saporis: non diffiteor tamen, animalculis illis quæ locustæ dicuntur vesci Arabes & Lybiæ populos. Siccatas Sole redigunt in panes inquit *Cardanus*, cui adstipulatur acutissimus *Scaliger*. Nec mirum videri debet, cum Germani quidam milites, bombyces deliciarum causa frixos edant, & Galli vescentur ranis, Itali mustelis. Similius tamen vero est *Baptistam* summitatibus arborum contentum fuisse, utpote simpliciori cibo, & paratiore: nam appositum & parabile est, quod natura desiderat. 64 Vetus traditio est, *Christum* sexto die *Ianuarij* fuisse baptisatum. Baptizari autem voluit, non ad corporis mundiciem aut medicinam, ut *Augreni*, nec ad animæ labem tollendam, nullam enim contraxit, ut monstrat patris divinitas, & matris virginitas: sed ut nobis sit documento, & ut baptismum Ecclesiæ sanctificaret. Et quia semel baptisari voluit, ideo baptismus repetendus non est, ut faciebant *Hemerobaptistæ* alijque: *Cataphrygas* tamen seu *Paulinos* rebaptisari voluit *Synodus Mitana. can* 19. *&c.* *Manichæi* dicunt *Christum* corpus suum posuisse in *Iordane*, & juxta apparentiam aliud corpus monstrasse, sed idem qui descendit in aquam, ascendit. *Theophyl. Math. cap* 3. 65. *Adam* cœlos clausit, *Christus* aperuit. Hic autem nulla fuit divisio cœlorum qui sunt incorruptibiles, sed vel chasma in aere meteoron quidem naturale, sed tum supernaturali virtute extensum, vel effectus aliquis cœlestis cœlitus apparens.

in Math. cap 3.

de subtil. l. 8. *Exer.* 192.

Atque

l.9. Atque novam lucem vastum transcurrere olym-
l.1. pum.
l.5. Prætereaspectat sublimem in nube[66] columbam
l.4. Quæ plausum ingentem pennis dat, lapsaque
l.1.l.3. cœlo
l.1. Devolat, & supra caput astitit; insuperalti
l.1. Intonuere poli,[67] & vox reddita fertur ad aures:
1.Geo.l.4. Ecce meæ vires, mea magna potentia; solus
Geo.l.2. Ecce patris summi dilectus filius, illum
Æ.l.1. Audite ô gentes, & jussa facessite cunctæ.
l.1.Geo.l.3. His actis deserta petit spælæa ferarum.
Æn. l.3. Hic[68] inter vastas rupes atque horrida lustra
l.8. l.6. Ipse quater denis jejunia longa diebus
l.6.l.4. Pertulit interea stygijs sese extulit undis
l.1.l.7. Tartareæ sedis dominus, stagnantis averni
l.7 Incola, qui Manes imos, noctemque profundam
l.7. Horrendo premit imperio, cui tristia bella,
l.7. Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi.
l.7. Hic solet unanimes armare in prælia fratres,
l.8. l.7. Atque odijs versare domos; huic nomina mille,
l.12. Mille nocendi artes; hic flammea lumina torquens
l.1.l.4. Pestiferas aperit fauces, & voce superba
l.1.l.3. Affatur cœli regem, atque ita turbidus infit:
l.2. Nate patris summi qui cœlum numine torquet,
l.8.l.5. Fac Cererem correptam undis hæc horrida saxa.
l.1.l.2. Cui *Christus*: nequeunt hominis producere vitam
Geo l.4. Dona laboratæ Cereris, verum ore loquelis
Geo.l.1. Quas fundit pater omnipotens, his ducere vitam,
Geor. l.4. Possunt, hæ dulcem præbent mortalibus escam.
Geor.l.1. Tunc inimicus atrox magno stridore per auras

[66] Sive naturalis aliqua columba fuit hæc, sive divina virtute ex elementari materia tum formata, symbolum orat S. Sancti necnon columbinæ simplicitatis, mansuetudinis & in undiciei quæ in *Christo* erant. Columba ipso in aqua accipitre fugit, quod est sapientiæ: meliora grana elegit, quod est scientiæ alienos pullos nutrit, quod est consilij: non lacerat rostro, quod est intellectus: caret felle, quod est pietatis: habitat in cavernis, quod est fortitudinis: gemit pro cantu, quod est timoris: hæc autem sunt proprietates 7. S. Sancti.

[67] Hanc vocem formavit tota Trinitas, sed repræsentavit patrem, ut columba S. Sanctum. Debuit autem *Christus* in Baptismo declarari filius Dei, quia per hoc homines instituuntur filij adoptivi. Deus et eam tum demonstrari mysterium Trinitatis, quia baptismus noster consecraturin virtute Trinitatis. *Aquin. part.* 3. *q. art.* 39. 8. [68] Debuit *Christus* tentari, ut nobis contra tentationes auxilium ferret. 2. ob nostram cautelam, ut nullus se securum existimet. 3. Ut nos instrueret qualiter tentationes vinceremus. 4. Ut nobis fiduciam de sua misericordia largiretur: Non habemus Pontificem qui non possit compati. In deserto autem voluit tentari, ut *Adamum* de paradiso in desertum ejectum inde liberaret. *Aquin. ibid. quæst.* 41.

Attollit [69] *Christum*; vo'at ille per aera magnum, Æn. l. 4.
Atque levis tandem templi super astitit arce. l. 6.
His *Christum* aggreditur dictis, ac talia quærit: l. 3.
Nate patris summi fac toto corpore præceps l. 1. l. 4.
Ad terram mittas tete; deus æthere ab alto l. 4.
Aligeros mittet vigiles, qui te agmine denso l. 2. l. 9.
Servabunt, nullo violabis vulnere corpus. l. 10.
Christus ad hæc: frustra tentas regem ætheris alti l. 9. l. 12.
Talibus insidiis deludere. talia fatus l. 2. l. 11.
Ecce iterum *Christus*, mundum qui numine fulcit, l. 4.
Tollitur in cælos humeris subeunte Satana. l. 3. l. 2.
Gestatur liquido sublimis in aere *Christus*; Geo. 1.
Tunc procul excelso demissus vertice montis Æn. l. 5.
Constitit, [70] hinc mare velivolũ, terrasq; jacentes, l. 1.
Littoraque, ac late populos dum despicit orbis, l. 1.
Allequitur rursus *Christum* rex noctis opacæ l. 1. l. 2.
Hæc equidem mea sunt, si me venerabere votis Ec. 9. l. 7.
His te nos regnis donabimus; accipe jura Ecl. 5.
Da populis, moresque viris, & mœnia pone. Æn. l. 1.
His dictis *Christus* graviter commotus, [71] abire l. 1.
Imperat, & tali fugientem est voce secutus: l. 1.
Maturato fugam, & sub tristia tartara vade, l. 3. l. 4.
Hortator scelerum, cæl prece numen adora. l. 6. l. 3.
Tu soli cane vota deo, dominumque potentem l. 3.
Supplicibus supera donis. at tristis averni l. 3. l. 6.
Rex turbatus abit, fugit illicet ecyor Euro, l. 8.
[72] Infernumque petit, pedibus timor addidit alas. l. 8.
Tunc cæli proceres cælo venere volantes. l. 6.
Præpetibus pennis, [73] mulcebant æthera cantu, l. 6. l. 7.
Et *Christo* domino Bacchũ, Cererem; ministrant. l. 1.
His actis properè exequitur præcepta parentis, l. 6.
Se variis signis monstrans genus esse *Jehovæ*. l. 2. l. 4.

69 Vere *Christi* corpus lubricum fuit a diabolo, ecce id magis alienum ab eo, quam quod a diabolo assumpsit, nullus est locus crucifigi. Tentatur autem hic *Christus* sortis per suggestionem, non vero intimus per consensum & delectationem.

70 Omnia subjecit regno, *Christus* non videtur sibi diabolus regnorum statum verbis exponere. *Aquin.*

71 Hinc, & sic quam graviter erraverint *Excommunicati* hæretici *Tertulliani* discipuli qui asserebant diabolum primicerium Deo non subjectũ, sed ex propria voluntate potestate latere. Vide *Epiph. Augustin. Philastr. Prædestinat. de Hæres.*

72 Diabolo datus locus pœnalis debetur, inferus ratione suæ culpæ, aer caliginosus ratione exercitationis humanæ usque in diem judicii, *Aquin. part. 3. quæst. 64. art. 4.* 73 Ut Angeli assumunt corpora ex aere condensando illum, sic formant sonos in aere similes sonis & vocibus humanis. Opus autem Angelorum, est Hymnus immissus ὑμνος ἀλλητε inquit *D. Athanasius* qui Angelum definit ζῶν ἐμψυχον ἀσώματον de communi essent. *Pat. Lib. 5. & S. S.*

Est

l.1. Est urbs, Hebræi [74] *Kanah* cognomine dicunt,
l.4.l.3. Hic hymenæus erat; *Christus*, socijque vocati
l.1.Geo.l.1. Adsunt, accumbunt epulis, curasque resoluunt
Æn. l.8. Postquam exempta fames, & amor compressus edendi,
l.1.l.8. Exhaustum est vinum; *Christus* sublata reponi
l.8.Geo.l.2. Pocula cuncta jubet, dulcesque à fontibus undas
A.l.5.l.3. Sex urnis fundi; [75] mox unda rubescere cæpit,
l.4.l.3. Et latices fiunt spumantis pocula Bacchi.
l.5. Illum admirantur cum vina liquentia fundit,
l.1.l.7. Impleretque mero pateras; stupet inscia turba,
l.1. Atq; iterum in mensa laticum [76] libavit honorem.
l.1. Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
l.1. Atria, dependent lychni laquearibus altis,
l.1. Hinc abiens *Solymam* petiit, templumque revisit.
l.2. Hic ubi debebant aris imponere honorem
Ec 4. l.2. Mutabant merces; ubi tendere rite supinas
l.2. Ec.7. Ad cælum cum voce manus plebs ante solebant,
l.1 l.12. Dum pecudes vendunt, templum fecere prophanũ
l.3. Haud impune tamen, nec talia passus *Iesus*,
Geo.l.3. Verbera torta parat, juvenesq; senesq; [77] flagellat,
Æn. l.5. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra,
l.5. Nec mora, nec requies; quã multo grandine nimbi
l.5. Culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
l.5. Creber utraque manu pulsat versatque profanos;

74 Duæ urbes hujus nominis erant, una in tribu *Aser*, *Cana* major dicta *Ios.14.* altera *Cana* minor in tribu *Zabulon*, ubi *Christus* nuptijs interfuit, *Simeonis* Chananæi, qui unus ex 12. Apostolis *Zelotes* est dictus: ut putant *Nicephorus* & *Baronius*. Locum autem miraculis illustravit S. *Helena* templo ibi erecto, ante hoc tempus *Christus* miracula non fecit, licet virtus divina fuerit in eo ab instanti incarnationis nescilicet fides de veritate carnis negaretur. *Aquinas.*

l.8 cap 30. ad an Christi 31. part. 3. q. 43. art. 3. Hæres. 51. nat hist. l.2. & 4.

75 *Epiphanius* putat hoc miraculum factum sexto *Ianuarij*: quo die Romana ecclesia adventûs *Magorum*, baptismatis *Christi*, & hujus miraculi celebritatem quotannis recolit. *Plinius* autem asserit fontem in *Andro* insula Nonis Ianuarij vini sapore fluere, fortasse vel virtute hujus miraculi, vel ad miraculum hoc confirmandum. *Christus* autem hoc miraculo nuptias cohonestat, quas *Encratitæ* alijque hæretici detestati sunt. 2. moderatum vini usum concedit quod *Encratitæ* (quos propterea *Augustinus* Aquarios nominat: *Theodoretus*, Hydroparastatas) prohibuerunt. Sic *Severiani*, *Hæracitæ* & *Saraceni Mahumetani*. 3. *Christus* aquam legis in vinum evangelicum convertit. 76 Hæc vox in sacrificijs usitata est: hic autem leviter degustare, seu moderate bibere significat, a voce λείβω non enim passus est Christus convivas, se inebriari. 77 Qui flagellandus erat a Iudæis, prior flagellavit eos inquit *Augustinus*. Flagellatio vero fuit servorum supplicium: Iudæi autem servi fuerunt peccati, & ideo a Romanis flagellandi. Hoc autem *Christi* factum non debet trahi in exemplum, a privatis: nam ille fuit persona publica: 2. missus a patre. 3. non ob proprium commodum, sed Dei gloriam templum repurgavit. 4. vendentes ejecit sed templum non dejecit: secus factitarunt illi, qui in *Scotia* templi ornamenta in proprium commodum converterunt: immo magnam ecclesiarum partem funditus everterunt. Sed animus meminisse horret luctuque refugit.

Immi-

Immisitque fugam cunctis, atque intonat ore: *l.9.*
Hic precibus locus est; at non spelunca Latronum *l.4.l.*
Tunc *Christus* passim tota regione vagatur
Multa docens, sortemq; animo miseratus iniquam
Ignavæ plebis, varia & [78] miracula rerum *Geo. l.*
Efficit; auxiliumque tulit mortalibus ægris, (det. *Ge.l.2.*
Dum [79] medicas adhibere manus ad vulnera gau- *Geor.*
Omnes quæ tristi langue bant corpora morbo, *Geo.*
Quive ferunt fædam scabiem, turpesque podagras, *Geo. l.*
Atque hi quorum artus depascitur arida febris, *Geo.l.*
Linquentes dulces animas, aut ægra trahentes *Æn.l.*
Corpora; quin surdos, mutos, & rabida membra *l.10.l.9*
Atque oculis captos, vel quos stupor urget inertes, *Ae.6. Ge.*
Omnibus his verbo morbos compescuit omnes. *Geo.l.1*
Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, *Æn. l.*
Ferrea vox, omnes sævas comprendere pestes, *l.6*
Omnia morborum percurrere nomina possim *l.6*
Quos dominus virtute sua, non arte levabat. *l.9.l.7*
Est [80] mare quod muros *Tyberiadis* alluit urbis *l.8.*
Fluctibus, huic raucus fluvio *Jordanis* amæno *l.7.*
Vorticibus rapidis, & multa flavus arena *l.7.*
Influit. hæc *Christus* gressus ad littora tendit, *l.2.*
Et secum in sicca solus spatiatur arena. *Geo.l.2.*
Famaque finitimos, & clari nomen *Iesu* *Æn.l.5.*
Excierat: læto complerant littora cætu *l.5.*
Visuri *Christum*, pars atque audire parati; *l.5.*
Currentes cernas omnique ex urbe ruentes: *l.4.*
Ac veluti in pratis ubi apes æstate serena *l.6.*
Floribus insidunt varijs, & candida circum *l.6.*
Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus. *l.6.*
Haud secus *Abramidæ* necnon Romana juventus *l.2.*

78 Debuit *Christus* facere miracula quia quæ sunt fidei non possunt ratione humana probari, ideo argumentis divinæ virtutis probantur, sicut literæ quæ annulo regis signantur. *Aquin. part.3. quæst. 43. art. 1.*

79 *Chironi, Machaoni, Podalyrio, Hippocrati* alijque medicis divini honores assignati sunt: *Salomon* medicum honorandum vult, quod altissimus eum creaverit ad sublevandam necessitatem, *Mithridates Ponti, Hermes Argypti reges, Avicenna Corduba* princeps alijque viri magni non erubuerunt hanc artem exercere, non puduit *Raphaelem* Angelum medicum agere: quantis ergo honoribus afficiendus est Salvator noster qui medicus miserorum esse voluit, ille vere est *Apollo* & *Aesculapius* noster, ille non arte, sed divina virtute morbos omnes curavit quamvis *Apollonius, Simon Magus, Mones*, alijque impostores hanc illi gloriam invidebant.

80 Hic fuit lacus *Genesareth*, qui ob amplitudinem mare vocatur. Latitudo est 40. stadiorum, longitudo 120. aquam habet dulcem & potabilem, variisque pisium genera sibi peculiaria: in hujus ripa urbs *Tiberias* in honorem *Tyberij Cæs.* ab *Herode* Tetrarcha ædificata. *Josephus.* *l. 3. de bell. Iuda c. 18.*

Vndique

l.7. Vndique collecti coeunt, *Chriſtumq;* premebant.
l.6. Forte autem binæ ſtabant in littore puppes,
l.1. Vna fuit *Petri*, [81] hanc *Chriſtus* conſcendit, & altis
l.4.l.3. Conſedit tranſtris; populumq; ex nave docebat.
l.3. Poſtquam conticuit, factoq; hic fine quievit,
l.7. Tendere iter velis, portumq; relinquere *Chriſtus*
l.1. Imperat, atque imo ſubmergere retia ponto.
Geo.l.4. Cui *Petrus*: quamvis noſtros experta labores
Æn.l.6. (Sed fruſtra) nox ſit, quia fert ita corde voluntas
Geo.l.4. Parebo, atque iterum duro indulgebo labori.
Geo.l.4. Ecce autem ſubito vaſti gens humida ponti
Geo.l.4. Agnovit dominum vitreiſque ſedilibus omnes
Geo. l.4. Obſtupuere, imo ludentes gurgite piſces,
Æn.l.8. Æquora verrebant caudis, æſtumque ſecabant.
l.6. Atque omnis turba ad naves effuſa ruebat,
Geo.l.2. Immenſi pelagi proles, & retia complet.
Geo.1. Tum *Petrus* ſocijque trahunt mox humida lina;
Æn.1. Ge.2. Implentur ambæ naves, genus omne natantum
l.7.l.5. Puppibus incumbens, immani pondere naves
l.6.l.1. Involvebat aqua, & vaſto ſubmergere ponto
l.1. Incipit, at *Petro* ſolvuntur frigore membra,
l.1. Ingemit, & duplices tendens formidine palmas
l.1. Talia voce refert: Tu cujus numen adorant
l.5. [82] Nereidum Phorciq; greges panopæaq; virgo,
l.5. Et ſenior Glauci chorus, Inouſque Palæmon,
l.5.l.3. Tritoneſque citi; ſcelerato excedito navi, (ſtrum.
l.3.l.2. Linquito pollutum hoſpitium, ſcelerumque mini-
l.3.l.9. Da *Chriſte* auxilium, & noſtro ſuccurre labori.
l.5.l.2. Eripe nos miſeros letho, & ſcelus omne remitte
l.4.l.11. Cui *Chriſtus*: confide *Petre*, & timor omnis abeſto
Geo.l.3.l.1. Tu genus æquoreum laqueo captare ſolebas
Æn.l.9. Mox homines diſces captare & [83] fallere verbo.

81 Hæc Petri navicula fuit typus eccleſiæ in hac *Chriſtus* docet. Hæc inſtructa fidei gubernaculo fœlici curſu per hujus ſæculi mare navigat. Habens Deum gubernatorem, Angelos remiges, portans choros omnium ſanctorũ, erecta in ista ſalutari arbore crucis, in qua evangelicæ prædicationis vela ſuſpendens flante S. Sancto, ad portum Paradiſi deducit. *Chryſoſ.*

82 Hic non deos marinos ſed piſces intelligo cum *Philip. Lo. c. 16. & c. 5. & lib 32 cap. 11.* Nereades, filiæ *Nerei* teſte *Euripide*, ἐπικτεῖναι πόντου Νηρηίδων χορόν. vide *Nat. Comit. Math. l. 8 c. 6.* Nereus verò eſt ipſum mare apud *Ovidium*. Qua latam *Nereus* cærulus ambit humum. Filiæ ergo maris ſeu *Nereides* nihil aliud quam piſces ſunt. *Phorcus* & *Phorcides Neptunum* agnoſcunt parentem: *Glauci* & *Panopææ* ſunt piſces acutiſſimi viſus. *Palæmones* ſeu *Portumni* ſunt piſces portus frequentantes, ut nomina indicant. *Tritones* ſunt monſtroſi piſces, filij etiam maris vocati. 83 Datur dolus bonus & malus, ſic fallacia bona & mala: Philoſophia eſt inanis fallacia, quia fallit ut perdat, at Dei verbum fallit ut ſervet.

Me

Me [84] ſequere & dominum Caſus complectere in omnes : *Æn.l.4.*

Nulla tuis ſine me quærerur gloria rebus: *l.*

Hæc ubi dicta ; petunt portus,& vela ſecundi *l.*

Intendunt Zephyri,fertur cita gurgite navis, *l.*

Anchora de prora jacitur; ſtant littore puppes. *l.6*

Progreditur *Chriſtus* comitum ſtipante caterua. *l.4*

Cuncta manu medica curabat languida membra, *l.12*

Auxiliumque tulit præſens dominiſque,miniſtriſq; *Geo.l.2*

Et pueris ſimul, & ſenibus medicatur anhelis. *Geo.l.2*

Iamque propinquabat muris portiſque [85] *Naimæ*; *Æ.l.10*

[86] Lugentem viduam concurſu accedere magno *l.6.l.1.*

Conſpicit admirans numerum, matreſque, viroſq;. *l.2.*

Filius huic matri miſeræ, proleſque virilis *l.7.*

Vna fuit,quæ prima oriens erepta juventa eſt: *l.1.*

Hujus frigentis corpus,vitâque carentis *l.6.G.4*

[87] Exportant tectis,& triſtia funera ducunt. *Geo.l.4.*

Ducitur infælix mater confecta dolore *Aen.l.11.*

Pectora nunc[88]fædans pugnis, nunc unguibus ora *l.11.*

Flebat defuncti corpus miſerabile nati. *Ecl.5.*

At *Chriſtus* caſu matris concuſſus acerbo *Aen.l.5.*

Ingemit, & triſtes juſſit deponere curas; *Geo. l.4.*

Tunc [89] tetigit pheretrũ, & tolli miſerabile corpus *Aen.l.11*

Imperat. exanimum juvenem,[90] pheretroque re- *l.11.*

Alloquitur,juſſitq; ad limina ſurgere vitæ (poſtum *l.7.*

[84] Non tam corporis motu,quam animi moribus. ſequatus eſt *Petrum Chriſtum*,ſana doctrina, vita pia & morte crucis.Nos etiam licet adhuc tenemur infirmitate corporis ſequamur tamen eum paſſibus amoris. *Greg hom.29 ſuper Evang.*

[85] Vrbs fuit *Galilææ* in tribu *Iſſachar* diſtans *Hieroſolyma* 48. milliaribus, & duobus a monte *Thabor* quatuor vero a *Capernaũ* ubi habitabat fidelis Centurio.

[86] Immoderatus luctus prohibitus fuit Iudæis. *Deut.c.14.* nempe laceratio corporis,& evulſio crinium,ſed non laceratio veſtium. Propinqui enim mortui veſtimenta lacerant, nec in illa domo comedunt die illo,ſed foris : nec comedunt carnes, nec bibunt vinum, niſi fuerit Sabbatum. Prohibitum eſt per 7. dies luctus lavare corpus aut unguentis perfundere, lectum in pavimento ſternunt, a Venere abſtinent, nudis pedibus ſequuntur funus, & lucernam accendunt in pavimento domus per 7. noctes, quod credant animam defuncti redire ad locum illum, ubi a corpore diſceſſit, & deplorare diſſolutionem ſuam &c. vide *Munſterum in cap.14. Deut.*

[87] Extra urbes tam Iudæi quam Romani mortuos ſepeliebant. Hi propter ignis periculum, quia corpora defunctorum cremabant, ne hoſtilis immanitas cadavera erueret e ſepulchris, illi autem ne urbs fœdo cadaverum odore inficeretur.

[88] Magnus fuit hujus viduæ dolor, 1. Quia mulier. 2. vidua. 3. quia filium amiſit. 4. unicum. 5. in juventutis flore. Qui dolor poetica Hyperbole hic exprimitur, nam non eſt verisimile viduam hanc aut pugnis aut unguibus corpus violaſſe : nam hujuſmodi luctus fuit interdictus etiam apud Romanos : Mulieres genas ne radunto, neve feſtum funeris ergo habento.

[89] Non ſolum verbo facit miraculum, ſed & loculum tangit, ut diſcamus quod corpus ejus corpus vivificum ſit. Quia caro ejus facta eſt propria verbi omnia vivificantis, propterea vivifica eſt. *Theophyl in Luc. c. 7.*

[90] Tenuis fortunæ homines pheretris efferebantur, potentiores autem lectis : *Scylla* lectorum ſex millia habuit, Et *Auguſtus* in honorem *Marcelli* &c. lecto intrare urbem juſſit.

Audije

l.4.l.2. Audijt exanimis, ſubitoque à morte revixit.
l.3. Hic populus paulum aſpectu conterritus hæſit;
l.1. Spemque, metumq; inter dubius, ſeu vivere credat,
l.1.l.12. Sive extrema pati deluſus imagine falſa.
l.5.l.10. Agnoſcunt tandem reuocatum à morte ſodalem,
l.1. Nec ſe deluſos vana ſpe. Protinus omnes
Eclog.5. Lætitia voces ad cæli ſidera jactant;
Æn.l.4. Et *Chriſti* laudant magnum, & memorabile nomen.
l. 6.l3. His demum exactis, mox ſeſe à mœnibus heros
l.3. Omnipotens *Chriſtus* multis comitantibus aufert,
G.4.A.1. Littora nota petens; navem tunc forte paratam
l.5. Corripuit, ſocioſque jubet conſidere tranſtris.
l4.l.3. Solvunt vela citi; terræque urbeſque recedunt;
l.3. Certatim ſocij feriunt mare, & æquora verrunt.
l.8. Interea in puppi, gelidaque ſub ætheris axe,
l.8. Cum *Chriſtus* varijs turbatus pectore curis
l.8. Procubuit, ſeramque dedit per membra quietem;
l.1. Incubuere mari, totumque à ſedibus imis
l.1. Vnà Euruſque Notuſque ruunt, creberq; procellis
l.1. Africus, & vaſtos volvunt ad littora fluctus.
l.1. Inſequitur clamorque virûm, ſtridorq; rudentum,
l.1. Eripiunt ſubito nubes cælumque, diemque
l.1. Nautarum ex oculis, ponto nox incubat atra,
l.1. Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther,
l.1. Præſentemque viris intentant omnia mortem.
l.3. At ſocijs ſubita gelidus formidine ſanguis
l.3.l.7. Diriguit, cecidere animi, tremor occupat artus,
l.3. Ipſe gubernator *Petrus* formidine preſſus
Ge.2.A.4. Abrupit *Chriſto* [91] ſomnos & voce fatigat;
l.4. Nate Deo, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?
l.6. Heu quantis pelagi jactamur, cerne, periclis,

91 *Chriſtus* fuit obnoxius ſomno, ſiti, fami, alijſque corporis defectibus, 1. ut infirmitates noſtras adjuvaret 2. Vt ſatisfaceret, hoc autem ſit, cum pœna ab alio debita ſuſcipitur. 3. Ad oſtendendam fidem veræ incarnationis. 4. ad exemplum patientiæ. Hos vero defectus aſſumpſit voluntarie, non contraxit, quia contractio præſupponit peccatum quod in *Chriſto* non fuit: neceſſario tamen aſſumpſit, tam neceſſitate naturali quæ conſequitur principia naturalia materiam nempe & formam, quam neceſſitate coactionis, quia perforatus & laceratus erat. Hæc vero coactio licet repugnare naturæ, non tamen voluntati divinæ, aut humanæ abſolute: id eſt, non repugnavit voluntati ut hæc ſequitur rationem, ſed ut naturam ſalvam cupit. Vide *Thomam part. 3. quæſt. 14.*

Te ſocij miſeri per tanta pericula vecti
Oramus prohibe inſanas à navibus undas.
Aſpice nos placidus, precibus ſi flecteris ullis:
Auxilium da *Chriſte* tuum, & nos eripe letho.
Chriſtus ad hæc: revocato animum, atq; abſiſte pre-
Viribus indubitare meis; fiducia ceſſit (cando
Quò tibi *Petre* mei? poſſum namq; omnia; nobis
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento
Æterno imperio Divum pater atq; hominum rex;
Nimborumque facit, tempeſtatumq; potentem.
An cælum terramque meo ſine numine venti
Miſcere, & tantos audebunt tollere moles?
Quos ego; ſed motos præſtat componere fluctus.
His ubi læta *Petri* permulſit pectora dictis,
Eurũ ad ſe Zephyrumq; vocat, quos increpat ultro;
Collectaſque fugat nubes, ſolemq; reducit
Purpureũ, & dicto citius tumida æquora [92] placat:
Ac veluti in magno populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus.
Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
At pietate gravem & meritis ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus adſtant;
Ille regit dictis animos ac pectora mulcet.
Sic cunctis pelagi cecidit fragor, æquora poſtquam
Temperat, & rapidi compeſcit murmura venti.
Mirantur tnrbæ quis ſit cui tanta poteſtas,
Imperiumque datum pelagi; qui voce coercet
Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras.
O qui ventorum moderaris flamina, cujus
Imperio fluctus parent, ac juſſa capeſcunt:
[93] Fluctibus in medijs pereunti porrige dextram,
Quem Satan in Syrtes urget miſerabile viſu,
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ.

92 Sedare debuit aquam & aerem, qui venerat ſtatũ pacis recuperare *Aquin. part. 3. qu. 44. art. 4.*

93 Eccleſia eſt navis, mũdus mare, gubernator Chriſtus, portus coelum ſeu ſinus *Arabæ* nautæ Presbyteri, Vectores Chriſtiani, ventorum turbines tentationes ſunt, fluctus verò perſecutiones & pericula, Hypocritæ piratæ ſunt, Hæreticorum doctrinæ ſyrtes & brevia, Satan verò Leviathan ille magnus. Vt ergo nav s curſu proſpero tuta poſsit portum deſideratum intrare, preces fundant navigantes, nautæ vigilent, vectores nautis obtemperent, ventorum fluctuumque impetus patientes ferant, omnes humores noxios evomant, id eſt, intrinſecus latentem amaritudinem peccati, confeſsione prodant. Vide epiſt. 1. *Clementis* ad *Jacob.* frat. Dom.

Sub-

l.5. Subsidant undæ, fugiant vasto æthere nimbi;
l.6. Vt me confectum curis, morbisque gravatum
l.3. Accipias tandem tuto placidissime portu.
l.6. Postquam omnis cessit furor, & rabida unda quievit
l.1. Mox 94 *Gadarenorum* pleno subit ostia velo:
l.2. Hìc illi occurrunt juvenes duo mente furentes;
l.6. His rabie fera corda tument; hos concutit intus
l.2. Spiritus obscœnus stimulos sub pectore vertens.
l.6. Non vultus, non unus erat color, usque fatigat
l.6. Os rabidum fera corda domans, fingitq; premendo.
l.3. Hic inter tumulos, & fæda cadavera degunt;
12 Horrendosque cient gemitus; micat acribus ignis
l.6. Ex oculis; rumpunt ferrum, tractasque catenas.
l.6. Quin ipsi proprios, dum sævit spiritus intus
l.3. (Dij meliora pijs, erroremque hostibus illum)
4. Dissiliunt duris laniabant cautibus artus.
l.3. Sic ambo ad *Christum* rapidi per curva feruntur
l.11. Littora, tunc tales rumpebant pectore voces:
l.1. Nate patris summi, qui res hominumque deûmque
l.1. Æternis regit imperijs, & fulmine terret;
l.6. Cur nos ante diem pœnis crudelibus urges?
l.1. Nondum summa dies, nec ineluctabile tempus
l.6. Venit, cum clausos tenebris, & carcere cæco,
l.6. Nos exercebis pœnis per sæcula cuncta.
l.3. Sed si nos hinc ire 95 jubes, si pellere nostro
l.3. Hospitio cupias, quia fert ita corde voluntas,
l.3. Paremus. verum liceat succedere 96 porcis
l.1. Quos celsa pendere procul de rupe videmus.
l.4. Annuit his *Maria* genitus; tunc ocyus omnes
l.7. Tartarei fratres intrant pleno agmine porcos;
l.4. Præcipitesque ruunt summo de vertice montis
l.6. In mare vicinum, medioq; sub æquore 97 mergunt

94 *Gadara* fuit urbs in tribu *Manasse* 48. milliaribus distans *Hierosolyma*: ad lacum *Tyberiadis* sita in monte, haud procul hinc *Gergesa* urbs distabat, regio autem a *Matheo* Gergesenorum, a *Marco* & *Luca* Gadarenorum dicitur, fuit etiam alia *Gadara* in cava Syria quæ & *Antiochia*, & *Seleucia* vocata fuit.

95 *Christus* digito Dei ejicit dæmonia, non herbis aut amuletis ut *Solomon* ille in *Josepho* nec verbis minacibus ut *Apollonius*, nec scriptis, ut *Brachmanni* in *India*, nec exorcismis ut Pontificij, nec suffitu ut Ethnici solebant.

96 In porcos permittuntur dæmones intrare, quia Iudæi contra legem porcos alebant, licet ad suppeditandam annonam Romanis militibus. 2. porci libidinosos denotant, indesubare vox pro libidinari; in talibus autem habitant dæmones. 97 Hic dæmones malitiam contra humanum genus ostendunt qui in hominum [illegible] sæviant, quod in ipsos homines sævire nequeunt. 2. intrant porcos ut eorum interitu [illegible] incitarent, ad *Christum* ejiciendum.

Seti-

Setigeroſque ſues urbeſque timoribus implent. *l.* 11
Iamque volat ſubito *Gadarena* per oppida rumor
Sparſiſſe in fluctus, vaſtoque in gurgite *Chriſtum*
Immerſiſſe ſuos; portis ruit omnis apertis
Turba ſenum ac juvenum, votis, manibuſq; ſupinis
Orabat dominum *Gadarena* excedere terra.
Interea [98] mulier macie confecta ſuprema,
Cui miſeræ toto manabat corpore ſanguis
Biſſenos annos; in denſum protinus agmen
Injecit ſeſe, ut tunicæ contingere limbum
Poſſit, quæ *Chriſtum* tenui velabat amictu:
Vix manibus tetigit domini velamina ſacra
Cum morbi ceſſit furor, & rabida unda quievit
Sanguinis; admirans mulier venerabile numen
Chriſti, humilis ſupplexq; oculos, dextrãq; precan-
Protendit; *Chriſtus* dextrã non multa moratus (tem
Dat miſeræ, atq; animum præſenti pignore firmat.
Ecce autem *Chriſto* perfertur nuncius, impleṅs
Lugubri clamore locum, natamque *Iairi*
Extinctam referens; *Chriſtus* ſperare ſalutem
Iuſſit, & afflictis meliùs confidere rebus.
Tunc dextram extinctæ [99] retigit, blandiſq; voca-
Vocibus, illa graves oculos attollit, & alto (vit
Quæſivit cœlo lucem, gaudetque reperta.
Hic patris extinctæ ſuſpenſam blanda viciſſim
Gaudia pertentant mentem; dulcedine lætæ
Mirantur turbæ, *Chriſtumq;* ad ſidera tollunt.
Poſthæc dum victu vires revocaret *Ieſus*,
[100] *Magdalena* venit furiarum infecta venenis;

98 *Ambroſius*, putat hanc fuiſſe *Martham Lazari* ſororem, at veriſimilius eſt quod ſcribit *Euſebius*, *l.7. cap.*28. eam oriundam fuiſſe *Cæſaria Philippi. Chriſtique* ſtatuam ad fores domus ſuæ exciſſe ad cujus ſtatuæ pedes, inuſitatam herbæ ſpeciẽ enaſci ſolitam, quæ ubi ad ſtatuæ fimbriam excreviſſet, curandi omnes morbos vim haberet. Angelos hic intelligo, qui vocantur dij, *Pſal.* 8. nulla autem hic eſt invocatio quam Angelicis relinquo, ſed proſopopœia ſeu apoſtrophe poetica, a qua Scriptura nõ abhorret.

99 *Elias*, *Eliſæus* alijque excitarunt mortuos, ſed non ſine precibus, at *Chriſtus* ſola voce & tactu, ut oſtendat ſe dominum vitæ eſſe. Tactus ejus ſalutifer eſt, quia caro fuit inſtrumentum divinitatis. Tactu ſui ſpiritus intra & voce miniſterij extra mortuos in peccatis adhuc excitat. Anima autem puellæ non delitescebat in corpore, ſicut, in hiſtericis exſuffocatione uteri aut venenato aliquo vapore fieri ſolet, quæ diu ſine reſpiratione & palſu jacent, contentæ ſola tranſpiratione, ſed anima puellæ ad corpus redijt, ex occulto ſuo receptaculo, non ſecundum naturæ cerium, ſed ſecundum divinæ providentiæ diſpoſitionem, nulla autem moleſtia afficiuntur animæ ſanctæ, ſi in corpus aliquando redeant: quia illæ cupiunt quovis modo *Chriſti* gloriæ inſervire. 100 Hæc mulier peccatrix fuit *Maria Magdalene*, ſoror *Marthæ* & *Lazari*, quæ primo unxit pedes domini in *Galilæa* in ædo *Simonis Phariſei* deinde in *Bethania* ante ſex dies Paſchæ unxit pedes *Chriſti* in domo *Lazari* denique in eadem *Bethania* biduo ante paſcha unxit caput apud *Simonem* Leprosum, ultimo ad ſepulchrum cum ungento accesſit: unde patet hanc *Magdalenam* fuiſſe opulentã, & munifica-

Et

l. 11 l.3. Et *Christi* genua amplectens, genibusque volutans
l.1. Hærebat, lachrimisque oculos suffusa nitentes
l.1.l.6. Oscula figebat pedibus, fletuque rigabat,
l.4.G.4. Flaventesque comas fusas per candida colla
l.6.4.l.6. Accepit, siccatque pedes, suspirat & ungit.
l.1 l.6. *Christe* graves hominum semper miserato labores;
l.2.l.4. His lachrymis vitam das, & misereris amantum.
l.3. Ecce gemo, largoque humecto flumine vultum;
l.5 l.6.l.5. Da veniam miseræ, & propius res aspice nostras.
l.2 l 1. Ad te confugio & supplex tua numina posco,
l.6. Alme precor miserere potes namque omnia, sic tu
l.6 l.8. Semper honore meo, semper celebrabere donis.
l.3 l.1. Illinc digreditur *Christus*, *Canamque* revisit.
l.6 l. . Hic illi occurrit claro de sanguine princeps
l 11. Suspirans, imoque trahens à pectore vocem:
l 6.l.5. Sic breviter fatur: natum nunc eripe letho
Gee.l.4. *Christe* precor, tristi cui languent corpora morbo.
l 4.l.12. Heu cadet ante diem; miseri te si qua parentis
l. 12.l.6. Tangere cura potest, nati miserere, patrisque.
l.6 l.1. *Christus* ad hæc: 101 revocato animum, nam vesci-
l.1. turaura
8.l. l.6 Ætherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris.
l 6. His dictis curæ emotæ; pulsusque parumper
l.7 l.9. Corde dolor tristi; discedit. protinus illi
l.4 l.5. Nuncius occurrit qui certa ac læta reportat,
l.2. Luce frui optata, ac revocatum à funere natum.
l 1. Hinc abiens *Christus*, patriam remeavit in urbem
l.4 Cumque intergressus 102 Synagogam, multa do-
l. 1. Sed Pharisæorum gens atrox fluctuat æstu (cebat.
l.2. Iratum, lævitque animi ignobile vulgus.
l.2. Undique collecti *Christum* juvenesque, senesque
l.7. Invadunt, agitat cæcos insania cives.
l.7. Haud aliter quam si magno cum flamma sonore
l.7. Virgea suggeritur costis undantis aheni.
l.7. Exultantque æstu latices furit intus aquæ vis,

101. *Christus* descendit ad Centurionis servum, non Reguli filiam quia non est personarum acceptor: quod autem sine corporali præsentia filium curavit: patet quod sine corporali præsentia salus & vita consequi potest.

102 *Synagogæ* templa non erant, sed aliquid templo simile habuerunt. in exilio Babylonico primum constructæ erant, cum templum non habebant. templum fuit unicum, at Synagogæ multæ, vide *Siganium. de republ. Hebr. lib. 2. c. p. 8.*

Fumidus atque altè ſpumis exuberat amnis, *l.7*
Nec jam ſe capit unda, volat vapor ater ad auras; *l.7 l.9.*
Tunc *Chriſtum* pellunt ſummi ad faſtigia montis, *l.2*
Præcipitem ut ſcopuli derudant vertice, verùm *l.1*
Præripuit ſeſe, patriaque excedit iniqua: *l.6.l.2*
Tum deſerta petit vaſto ſubmota receſſu; *l.8. l.3*
Atque hic ingentem populi affluxiſſe catervam *l.2 l.6*
Admirans numerum invenit, matreſque viroſque. *l.2.*
Vndique convenêre animos adhibere parati *l.2.l.11*
Dum ſocios docet, & veterum præcepta revolvit, *l.4.Ge.x. l.6.*
Auribus arrectis pendent narrantis ab ore; *l.1.l.4 l.10*
Nec audiſſe ſemel ſatis eſt, juvat uſque morari. *l.6. l.3*
Sed roſeus feſſos jam gurgite Phœbus *Ibero* *l.11.*
Tingit equos noctemque die labente reducit. *l.11.*
Ille dolet miſerans inopes, tunc voce Magiſter *G.2.A 6.*
Petrum ad ſe ſocioſque vocat: dehinc talia fatur: *l.1. l.*
Devexo quoniam propior fit veſper olympo, *l.8. l.2.*
Nec victu populus vires revocavit, iniquum *l.1. l.*
Eſſe puto impaſtam dimittere in oppida turbam. *l.9.l.1. l.*
Quare agite ſocij, Cererem depromite, plebem *l.1.l.5.*
Omnem gramineo jam rite locate ſedili. *l.8.*
Haud ſecus ac juſſi faciunt, populumque locarunt *l.4.l.8.*
Fronde ſuper viridi; Chriſtus partitur in omnes *Ec.1.l.1. G*
Dona laboratæ Cereris, piſceſque miniſtrat. *l.8.*
Veſcitur & *Chriſtus*, ſimul & Iudæa juventus, *l.8.*
Sic [103] quinis offis & binis piſcibus, omnes *l.1.*
Nocte domum [104] ſaturi redeunt, curaſq; reſolvunt. *l.2G.1.*
Poſtquam exempta fames, bis ſenos ecce [105] caniſtros. *E.5.l.8.*
Relliquijs onerant Cereris, mirabile dictu. *l.3.l.4.*
Tum *Chriſtus* ſocios dare ventis vela jubebat. *l.3.*
Ipſe autem tacitæ per amica ſilentia noctis *l.2.*

103. Quinque ſenſus male affecti, per quinque panes curantur, quot plagæ erant tot erant & emplaſtra duo vero piſces, piſcatorum ſermones. *Theophyl. in Math. cap.* 14. vel, duo piſces ſunt lex & evangelium: 5. panes, 5. libri *Moyſis*, 12. cophini, 12. Apoſtoli hi enim portant legem & evangelium, quibus populus alendus eſt. 104. Saturati ſunt quinque panibus, quod ſine multiplicatione panis non eſt factum. Hæc autem multiplicatio non fuit per modum creationis, ſed per additionem extraneæ materiæ in panes converſæ, & ideo in operibus gubernationis non eſt uſus creatione. *Thom. part. 3. quæſt. 44. art. 4.* 105. Superfuerunt 12. cophini, ut hinc diſcamus quantum poſsit hoſpitalitas, & quod noſtra multiplicentur, quum ſuppeditamus indigentibus. *Theophyl. in Luc.*

l.7 l.8. Aerij solus gressu petit ardua montis.
l.7 l.9. l. 6. Noctem illam insomnem ducit, quin pectore ab imo
l.2 l.5. Effuditque preces, patremque in vota vocavit.
l.1 l.6. Vt primum dixit, pressoque obmutuit ore,
6.l 2 l.8 l. 3. l.6. Littora nota petit se credere fluctibus ausus,
l.2 l.6. l.1. Insuetum per iter [106] pedibus tumida æquora calcat.
l. 2, l.3. At socijs subita gelidus formidine sanguis
l. 11 Ge.1. l.6. l. 10. Diriguit; *Christus* pavitantes increpat ultro,
l. 4 l.10. l. 11. His animos tollens dictis: timor omnis abesto,
l. 6. l.3. l. 8. Cur animi cecidêre? ego sum, non [107] spiritus, ergo
l.11. l.1. Durate, & vosmet rebus servate secundis.
l.11. l.2. Hæc *Christus*: *Petri* quæ vox ut venit ad aures
A 6. l.5. In mare præcipitem puppi se misit ab alta
l.1. l.3. l.6. Perq; æquor graditur, sed inhorruit unda tenebris,
l.8. l.2. l.6. 9. Et subitò venti volvunt mare, magnaq; surgunt
l.1. l.5. l.1. Æquora, mox *Petrus* medijs effusus in undis
l.1. l.3. l.6. Exclamat; miserere precor, succurre ministro
l.5. l.7. *Christe* maris domitor, tempestatumq; sonorum.
l.8. l.7. Haud mora [108] dat dextram *Petro*, quem tollit ab undis:
.8. Geo. l.4. Tum venti posuêre, omnisq; repente resedit
.1. l.6. Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.
l.8. l.2. Festinat *Christus* terris advertere proram,
.8. l.2. l.5. Mox se ad *Genesaræ* recto fert littore portum.
1. l.1. Vndiq; visendi studio *Judæa* juventus
.1. l.12. l.7. Circumfusa ruit, complentur littora turbis.
8. l.6. l.1. Hîc surdos, mutos, & quos furor impius intus
4. l.2. Ge.2. Concutit, ille manu medica, vel [109] veste levabat.
3. l.2. l.3. Inde datum molitur iter, *Solymamq*; revisit.
2. l.10. l.6. Porticibus quinis palus est hîc septa superbis.

106. Sic nos bis calcandi sunt fluctus hujus turbulentæ vitæ sive autem undæ solidatæ erant sive non: *Christus* divina virtute ambulavit super aquas: non ergo corpus phantasticum aut spirituale habuit, ut *Vbiquitarij* & *Manichei* credunt. nam si ideo phantasma fuit, quod ambulavit super aquas, quomodo ambulavit, *Petrus*, quem verum hominem fuisse scimus.

107. A spiritibus nobis timemus, propter peccatum & mala conscientiam.

2. Quia illi nobis longe fortiores. 3. Magna inter nos & illos disparitas naturæ. 4. Noctu magis quam interdiu, quia tum nihil aliud intuemur, quam quod intus est in imaginatione. 108. Hic *Petri* negatio & conversio signatur. ut enim *Christus* permisit *Petrum* negare: sic hic permittit mergi. Hic manum dominus ei porrexit, & non permisit eum submergi, ita tunc per pœnitentiam eum à profundo negationis extraxit. *Theop. in Math. cap.* 14. 109. Si sanabantur qui fimbriam vestimenti *Christi* tangebant, quanto magis nos qui totum *Christum* in Eucharistia tangimus? *Chrysost.*

Ad quam conveniunt omnes qui eo pore languent *l.2. l.*
Hinc ãtq; hinc tristes posuere cubilia morbi; *l.10. l.*
Expectantq; ægri 110 dum spiritus aliger alto *l 6.l.*
Delapsus cœlo, 111 medicas agitaverit undas: *l.2. l.*
Qui potuit primo sacratam innare paludem *l.2.l.*
Huic dicto citiùs fugit omnis corpore morbus. *l.1.l.1*
Vnus erat tristi correptus corpore morbo *Geo.l.*
Ter denos octoque annos; jacuitque supinus *l.1. Ge.*
Extendens cum voce manus, *Christumq;* precatur *l.3.l.*
Vt vellet misereri inopem, dextraque levare. *G.2.A*
Extemplò *Christus* mærentia pectora mulcet *l.*
Atque animo tristes curas deponere jussit. *Geo.*
Surge ait, ac humeris notum suspende cubile. *l.1.l.*
Ille autem haud segnis surgens, cervice subivit *l.3.l.1*
Sublatum lectum, magna dulcedine lætus *l.2 G.*
Ingreditur; dominum cælo quoq; laudibus æquat, *l.6.l.1*
Christo hinc digresso, 112 macie confecta suprema *l.*
Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu *l.*
Occurrit, dira illuvies, immissaque barba; *l.*
Corpore abundabat fluidus liquor, omniaq; in se *Geo.*
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. *Geo.*
Hunc ut conspexit *Christus*, non multa moratus *l.1.l.*
Dat dextram, & verbo depellit corpore morbum. *l.3.l.1*
At Pharisæorum *Christi* fama occupat aures, *l.*
Et passim tot facta virûm diffundit in ora. *l.*
Illi indignantes magno cum murmure templi *l.*
Circum claustra fremunt; varijs rumoribus iras *l.1.l.*
Exacuunt; *Christi* temnunt miracula cuncta *l.1.Ge.*
Invidia moti verbis odia aspera jungunt: *l.4.l.2*
Quin bello expertos juvenes hortantur ad arma *l.10*
Accendunt que iras animisque audacibus implent. *l.9.l.*
Talia tum mandant: vel *Christum* absumite ferro, *l.9.l.*
Vel vinclis captum sacram deducite in ædem, *G.4 E.*
Illi continuo volant; furor iraque mentes *l.9.l.2*

110. Aqua hæc non per se sanabat aut naturaliter, nam sic perpetuo sanaret sed totum in Angelo situm erat, quicquid erat efficaciæ: sic aqua baptismatis, nil aliud quam aqua est: cum illi autem accesserit S. Sancti gratia, per invocationem Dei, morbos tollit animarum. *Theoph.* Hæc etiam piscina ecclesiam repræsentat. nam hic salvi sumus prædicatione verbi, sed non sine motu §. *Sancti.*

111. Aquæ medicæ vim suam habent à terræ locis per quæ labuntur. Hinc aquarum aliæ sulphureæ sunt, aliæ argillosæ, aluminosæ, bituminosæ, nitrosæ, salsæ, &c. aliæ occulta proprietate præditæ sunt; quædam enim reddunt capillos rutilos: aliæ boves & oves, albos, nigros, rufos efficiunt: aliæ flammam concipiunt, aliæ ligna injecta lapideo cortice obducunt, &c.

Hujus autem piscinæ aqua, ab Angelo in suam obtinuit 112. Quæ species Hydropis hæc fuit, nunc ascites, aut timpanites, an vero anasarca incertum est: ego hic alicitem describo, in qua venter intumescit, reliquæ autem corporis partes contabescunt: hæc, quam anasarca difficilior curatu.

Præ-

l.7. Præcipitant; galeam tectis rapit ille, coruſca
l.7. Spicula fert alter, [113] clypeumque, auroq; trilicem
l.7. Loricam induitur, fidoque accingitur enſe.
l.11. Sic cuncti ad *Chriſtum* rapidi, totoque feruntur
l.11. Agmine, nec longis inter ſe paſſibus abſunt.
leg. 8. Sed ſimul ac Dominum turbas videre docentem
2.l.1. Conicuere omnes, arrectiſque auribus adſtant,
3.l.1. Attoniti ſque hæſere animis, dum dura cohortum
1. l.3. Pectora mulcebat dictis; nec jam amplius armis
8.l.3. Fidunt, ſed votis, precibuſque expoſcere pacem
l.12. Coguntur, *Chriſtumq;* colunt, & ad æthera tollunt.
l.12. Verum inter primos oritur diſcordia cives;
l.12. *Chriſtum* alij incuſant, alij miracula laudant,
l.2. Scinditur interea ſtudia in contraria vulgus.
4.l.12. Tandem ubi concepit furias ignobile vulgus
l.4. Sævit inops animi, totamque immenſa per urbem
1. l.10. Saxa volant; *Chriſtum* ſaxis ingentibus urgent.
l.6.l.4 Ille autem incolumem clàm ſeſe avertit, & aufert
l.4.l.7. Ex oculis, cæcumque luto medicatur, & inde
2.10.l 12 Digreſſus ſurdi reſeravit protinus aures.
l.6.l.3. Hinc petit [114] aerij nimboſa cacumina *Thabor*,
l.3.l.6. Illum per ſcopulos, atque aſpera ſaxa ſequuntur
3.Ec.8. Tres tantum ſocij; [115] numero deus impare gaudet.
l.4. Poſtquam altos ventũ in montes, atq; invia luſtra;
9.Ge.4. En ſubito fulget nova lux, [116] *Chriſtiq;* coruſcat
l.7. Vultus, & ardentem jactat ſub nubila lucem.
l.1. Os humeroſque auro ſimilis, quin ipſa decora
l.1.l.3. Cæſaries ſplendet Phœbææ lampadis inſtar;
l.8. Et candore nives anteibat lactea veſtis.
Eclog.7. Candidius cygnis, hedera formoſius alba
l.1. Corpus erat, lætos oculis afflarat honores.
l.1. Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
l.1. Argentum, Patriuſve lapis circundatur auro.

113. Clypeis, ſcutis, & Loricis utebantur Romani, ad muniendo pectus, clypei rotundi erant Phœbææ lampadis inſtar ſcuta vero formæ oblongæ ut *l.8. Aen. Scutis protecti corpora longis*: hæc picta habebant viri fortes, at ignavi pura: hinc illud poetæ *Parmaque inglorius alba*. Lorica erat tegmen de loro factũ, ſeu de corio crudo: *Galli* ex annulis ferreis ſuccuderunt. quæ primo pectus tantum, cum tergo nullus erat metus, poſtea totum corpus tegebant. vide *Salmuth in Pent.*

114 Hic mons in medio *Galilææ* campo, mira rotunditate ſublimis eſt: nam ejus altitudo 30. eſt ſtadiorum: vertex autem ipſe campeſtris 23 ſtadijs jacet nomen habet à luce-

diſtat *Hieroſolymis* 56. milliaribus. ad radices montis urbs fuit ejuſdem nominis. Hic Madianitæ *Zeba* & *Zalmuna* occiſi ſunt à *Gedione*. 115 Numerus impar non apud gentes ſolum, ſed Iudæos etiam ſacer ac myſticus habebatur, in morbis dies impares alterationes magnas faciunt. inter ſacros numeros præcipui ſunt Ternarius & Septenarius: tres ſunt perſonæ Trinitatis, tertio die reſurrexit *Chriſtus*, tertia hora crucifixus, &c. 116 In transfiguratione non eſt amiſſa veritas corporis, ſed aſſumpta gloriosa qualitas.

Sed socij ad *Christum* tendunt, dum lumina,[117] *Moy-*
Heliamque vident indutos vestibus albis.
Multa inter sese vario sermone ferebant;
Tum *Petrus* tales rumpebat pectore voces:
Hic tria condamus niveis tentoria velis;
Montibus his liceat pariter considere tecum.
Hic equidem toto tecum consumerer[118] ævo.
Vix ea fatus erat *Petrus*,[119] cum lucida nubes
Circumfusa micans, late loca lumine vestit
Purpureo, & talis vox reddita fertur ad aures:
Filius hic meus est, mea magna & sola voluptas;
Hujus dicta igitur duras demittite in aures.
At trepidos comites sævus circumstitit horror,
Labuntur visu in medio, calor ossa reliquit;
Sed *Christus* miserans de terra sublevat ipsos,
Atque animos tollit dictis, & pectora mulcet.
His actis, tandem summis de montibus adsunt
Christus cum socijs; comitum affluxisse novorum
Ingentem invenit numerum, matresque, virosque:
Inter quos, gemitus imo de pectore ducens,
Complexusque sui corpus miserabile nati
Stat tristis genitor; *Christo* dehinc talia fatur:
Ecce meum natum, quem[120] spiritus impius intus
Corripit, & misero morbo depascitur artus,
Inque undas ignemque jacit; tum territus infans
Æstuat, & mistum spumis vomit ore cruorem;
Clamores simul horrendos ad sydera tollit.
Hortabar socios misero succurrere nato,
Sed frustra, nam illis non tanta potentia: quare
Supplicibus votis oro miserere laborum

117. Hi duo apparuerunt, ut sciamus *Christum* non esse adversarium, sed amicum *Moysis* & Prophetarum. 2. illos duos non perijsse licet corpus alterius raptum fuerit, alterius absconditum. 3. ut sciamus *Christum* nec *Eliam*, nec Prophetam esse. 4. ut zelum *Eliæ* cum *Moysis* mansuetudine imitemur.

118. Erravit *Petrus*, qui hic optavit manere, nam sic videtur nullam curam habere reliquorum discipulorum. 2. quod terram cælo præfert. 3. quod humanitatis contemplationem, divinitati, in qua beatitudo consistit essentialiter. Hic autem ubi optavit fieri tria tabernacula, tres ecclesiæ postea sunt extructæ, ut testatur *Beza de loc. sanct. cap.* 17. 119. Vt olim Deus in nube apparuit, sic jam *Christus* sed nubes hæc non est caliginosa (transit enim umbra veteris legis & tenebrosa obscuritas) sed nubes lucida, venit enim veritas, & illuxit gratia, nihil nunc tenebrosum est *Theophyl. in cap.* 9. *Luca.* 120. Videtur puerum hunc laborasse morbo sacro seu epilepsia: huic enim morbo pueriles ætas ob humoris redundantiam est maxime obnoxia: veteres in peculiares divos comitialem morbum referebant, & malos genios hanc calamitatem inferre putabant, quæ revera ex naturalibus causis oritur: non diffiteor tamen Cacodæmones huic morbo sæpe se immiscere, hinc multi hoc morbo correpti ululant & latrant, alij sibilant, & dentibus strident, quidam vociferantur, quidam obmutescunt: multi se lacerant, caputque postibus & solo illidunt. vide *Levinum Lemnium. de occultis natur. mir. l.* 2. *c.* 3.

Tantorum

l.2. Tantorum, miserere animi non digna ferentis.
l.5. Tum graviter dictis socios castigat *Iesus*
l.1.l.5. Patrem ad se, natumq; vocans, simul increpat ipsum
l.7.l.2. Tartareum monstrum, pueroque excedere cogit.
l.6. At subita trepidat formidine Spiritus, inde
l.3. Digrediens, celerique fuga sub tartara lapsus,
l.4. Pallentes umbras repetit, noctemq; profundam.
l.1. Posthæc [12] *Bethaniæ* fert gressum ad mœnia *Christus*:
l.6.l.2. Dumque iter accelerans carpit, mœstissima *Martha*
Geo.l.4. Multa gemens, largoq; humectans flumine vultum
l.6.l.4. Occurrit, talesque effundit pectore questus:
l.4. *Christe* Deus, credo quod te demisit Olympo
l.4. Rex superûm, cælum ac terras qui numine torquet,
l.1.l.6. Vt genus humanum miserans, in rebus egenis
l.1.G.4. Consilio, auxilioque juves; non luce careret
Geo.l. Si tua sensisset præsentia numina frater.
l.6.l.9. Nunc jacet exanimis, placidaque in morte quiescit.
l.3.l.10. Quarta hæc jam lux est ex qua pallentia membra
l.5.l.9. Condidimus terra, patriaque inclusimus urna;
l.5. Iam scio te precibus genitorem flectere posse,
l.1.Ec.1. Explora, quodcunque petis, dabit ille petenti.
l.4. Talibus orabat, talesque miserrima fletus
l.5. Dat *Martha*, at *Christus* dictis solatur amicis,
l.6. Olli sic breviter respondens:
l.7.l.1. Cur tam sollicita es, curisque ingentibus ægra
l.3.l.6 Effundis lachrymas? facilis descensus [122] averni,
l.6. Noctes atque dies patet atri janua Ditis,
l.6. Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras
l.6.l.7. Hoc opus, hic labor est: faciam tamen optima [123] ab umbris

121. Hæc urbs seu villa sita fuit in latere montis Oliveti: distabat *Hierosolymis* duobus fere millibus passuũ. *Bethania* vocatur, quasi *Beth-oni*, id est domus afflictionis, In hoc, typus fuit ecclesiæ. Hic remplum in memoriam *Mariæ* & *Marthæ* sororum extructum est.

122. Hic Averrus & Dis non inferos damnatorũ, sed sepulchrũ & statum corporum in morte significant, ut *Sheol* & [d] Ἅιδης apud Hebræos & Græcos. 123.

Per locum umbrarum hic sepulchrum intelligo, non Tartara, ut *Virgilius Aen 6. Umbrarum hic locus est.* cadavera autem umbræ vocantur, quia in Necromantia illorum umbræ seu εἴδωλα & simulachra excitari solebant, anima aliquando umbra vocatur quia post mortem apparere credita est, vestita umbra seu imagine corporis, sic *Vmbra Crensæ Aen. 2. Omnibus umbra locis adero. Aen. 4.* & *Aen. 5.* distinguitur anima ab umbris: *animæque, umbræque paternæ.* Licet anima sit secundum substantiam, umbra secundum apparitionem. sic *Luc. 24. 37.* spiritus, vocatur phantasma seu spectrum. *Mat 14.26.* nam idem spiritus est in se, sed spectrum, seu umbra in illa forma qua apparet, vel umbræ Dæmones sunt in sepulchris degentes.

Germanum infernis ad lumina surgere vitæ. l.7
Qui claro duxisse genus me credit olympo, l.4 l.6
Progeniemque patris magni, qui sydera mundi l.4 l.9
Æternis regit imperijs; licet alma recessit l.1.l.3
Lux oculis, quamvis hunc somnus ferreus urget, l.3.l.10
Non tamen æternam claudentur lumina noctem; l.10
Sed vivet, vitamque per omnia sæcula ducet. l.3
Hæc ubi dicta dedit multis cum millibus ibat l.1.l.5
Ad tumulum magna medius comitante caterva. l.5
Hîc *Mariam* flevisse videns, turbamq; dolentem, G.4.A.4
Sustulit ad cœlos ardentia lumina *Christus*, l.2
Dans gemitum ingentem, lachrymisque ita fatur obortis: l.1 .l.3.
Sancte parens nostri nunquam tibi cura recedit, l.5 l.2
Propterea grates dignas tibi solvo, quòd audis l.2
Cum te voce voco, & supplex tua numina posco; l.6.l.1.
Nunc pater auxilium nobis ne subtrahe, rebus l.3.l.6.
In dubijs adsis, audacibus annue cœptis. l.7.l.9.
Sic fatur lachrymans, corpusq; exanguis amici l.6.l.2.
124 Evocat ex tumulo; corpus (mirabile dictu) l.6.l.3.
Vox *Christi* ut primum *Lasari* pervenit ad aures, l.1.
Egreditur linquens antrum; rursusque medullas l.6.l.8.
Intravit calor, & labefacta per ossa cucurrit. l.8.
Ipse viro *Christus* manicas, atque arcta levari l.2.
Vincla jubet; *Lasarum* revocatum à morte salutat. l.2.l.5.
Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis l.2.
Insinuat pavor, ut *Lasarum* vidêre moventem l.2.l.3.
Tendentemq; manus *Christumq*; in vota vocantem. l.1.l.5.
Extemplò *Judæ* magnas it fama per urbes l.4.
Tam ficti, praviq; tenax, quam nuncia veri. l.4.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat l.4.
Gaudens; & pariter facta, atque infecta canebat: l.4.
Venisse hunc *Christum* regali à sanguine cretum l.4.
Qui *Judæ* terras omni ditione teneret, l.1.

124 Non voce submissa, sed clamore evocat *Lazarum*, ne suspicaretur magicis susurris evocasse eum. 2. ut voce *Lazarum*, sic verbo evangelij peccatores ex antro peccati evocat. 3. hæc vox, testimonium erat moris illius tubæ, quæ nos in ultimo die excitabit. 4. voluit voce magna evocare *Lazarum* ut procul ablentem ne Iudæi putarent cum Gentibus, animas degere in sepulchris. 5. hinc utramque naturam in *Christo* videmus: nam orat & flet ut homo, evocat & excitat ut Deus. 6. Hæc resurrectio confirmat nostram. 7. *Christus* non potuit detineri in sepulchro qui alios excitavit ex sepulchro.

Qui

l.7 Geor. l.4. Qui populo dat jura, viamq; affectat olympo,
l.4 l.6 l.4. Dum docet ignavum vulgus; quin credula corda
l.4 l.9 l.1. Ludit imaginibus falsis, nova pectore versat
l.1. l.3 l.3. Consilia, ut possit *Jacobi* evertere gentem.
3. l.10 l.4 Hæc passim [125] dea fæda virûm diffundit in ora.
l.10 l.4 Protinus ad [126] Scribas cursum de orquet iniquos,
l.3 l.4 Incenditque animos dictis, atque aggerat iras
l.1. l.5 l.8. Iamque Sacerdotum primi, totusque [127] Senatus
l.5 l.9 Consilium summis regni de rebus habebant;
4. A.4 l.7 Tum *Caiphas* solio medius consedit avito,
l.2 l.7 Et quassans caput, hæc effudit pectore dicta:
l.3 l.10 l.2. Quandoquidem hunc *Christum* sequitur miserabile
l.7. Et super æthereas errare licentiùs auras (vulgus,
5 l.2 l.8 Si sinimus; nobis, nostrisque nepotibus olim
l.2. l.10. l.6 Exitium magnum immittet Romana propago.
6. l.1. *Eclog.* 1. Impius hæc tam culta novalia miles habebit,
3. l.6. *Ecl.* 1. Barbarus has urbes? en quo discordia cives
l.9. *Ecl.* 1. Perduxit miseros! heu quanta insania *Christum*,
l.2. l.1. l.2 Posthabitis nobis, animis opibusque juvare?
l.3. l.10. Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta,
l.2. l.4 l.8 (Pro re namque loquor) sunt nobis fortia bello
l.8. l.8 Pectora, sunt animi, & rebus spectata juventus;
l.8. l.2 Hinc delecta virûm sortiti corpora, furtim
l.2. l.1. l.9. Mittamus, *Christum* incautum, & nil tale verentem
5. l.1. l.2. Clam ferro ut superent, manibus vel fune revinctis
2. l.6. l.2. Adducant, pœnas sed non sine sanguine pendet:
3. l.2. Vnum pro multis dabitur caput.
5. l.10. Talibus orabat *Caiphas*, cunctique fremebant
l.10. Iudæi assensu vario. ceu flamina prima

125 Hoc vocabulo non divinitatem fama tribuo, sed motus velocitatem. nam, Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.

126 Scribæ erant Interpretes & Theologi γραμματεῖς & κριταὶ vocabantur, id est, Lectores & Iudices, quia verba legis non solum legebant sed sensum etiam exponebant: nam judicii eorum requirebatur interpretatione & significatione vocum, quæ apud Hebræos paucæ sunt, in templo & Synagogis docebant, sed in templo Sacerdotes & Pontifex principatum gerebant, in Synagogis verò Scribæ.

omnes erant Pharisæi ut putat *Sigonius* & ab *Esara* i. statuti ut vult *Genebrarda*. His hodie successerunt Rabbini. Scribæ etiam dicebantur notarij, qui scribendo perarmagistratibus, populo & Senatui præstiterunt. talis Scriba fuit *Baruch*, talis *David* fieri volunt, *Psal.* 45. de Scribis ut mentio, *Num.* 15.

127 Hæc summum concilium à Thalmudistis Sanedrin, a Græcis συνέδριον dicitur, a *Moyse* institutum ex 72. senioribus: de doctrina & rogatis, legis judicabat: hoc concilium *Herodes* evertit, occisis senioribus qui ex domo *Davidis* erant, & proselytis in eorum loco suffectis. horum Seniorum primus princeps Sacerdotum dicebatur: nempe illius collegij, alioqui alius princeps fuit Sacerdotum, qui hujus collegij principi præfuit: sic *Annas* fuit hujus collegij princeps, sed *Caiphas* summus Sacerdos supra hunc, vide *Bezonum an.* 21. fuit etiam aliud Synedrium parvum. 23. virorum, ubi causæ capitales cognoscebantur, & aliud minimum trium solum virorum, quod causas minores judicabat. Hæ duæ curiæ erant in singulis tribubus.

Cum

Cum deprensa fremunt silvis, & cæca volutant l.1
Murmura venturos nautis prodentia ventos. l.10
Postquam dixisset, soluto tum protinus aureo l.7.l.10
Surgit, *Saraciдæ* medium quem ad limina ducunt. l.10
At quia summa dies, & ineluctabile tempus l.2
Christi nondum aderat, tacitus decedere terra L.8.l.4
Iudæa statuit: tunc *Ephrem* obscurus in urbe l.2
Delituit, post hæc tota regione vagatur l.6
Occultè medicans mortalibus inter eundum. l.12.E.5
Interea accumbens epulis *Simonis* in æde l.1.
Cum *Lazaro*, plebem concursu accedere magno. l.1.
Aspicit, ut *Lazarum* revocatum à morte videret. l.5.
Circumstant [128] animæ dextra, læva q; frequentes, l.6.
Sed liquidum *Mariæ* ambrosiæ diffudit odorem, Geo.4.
Quo sacram *Christi* frontem perduxit, at illi Geo.4.
Dulcis compositis spiravit crinibus [129] aura; Geo.l.4.
[130] Ambrosijque pedes perfuso rore madentes Geo.l.4.
Spiravêre; ira *Judas* concussus acerba l.1.l.6.
Æstuat, & *Mariam* dictis castigat amaris. l.6.l.5.
At *Christus* quanquam *Judæ* lenire furorem l.4.
Conatur dictis, & sævam flectere mentem, l.4.l.7.
Quem nec longa dies, pietas nec mitigat ulla, l.5.
Nec *Christi* voces ullas tractabilis audit; l.4.
Ille tamen sævos oculos aversus habebat, l.6.
Nec magis incœpto vultum sermone movetur, l.6.
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes; l.6.
Sed trepida & cœptis immanibus effera mens est. l.4.
Tandem sanguineos oculos, & torva tuentes l.4.l.6.
Volvens proripuit sese, atque excelsa petivit l.6.l.7.
Tecta Sacerdotum, *Christumque* incusat apertè, l.7.l.12.
Quem capere insidijs promittit perfidus ultro. l.1.l.2.
Dumq; novas artes *Judas*, nova pectore versat l.1.
Consilia, insontem si fallere possit amicum, l.4.

128 Vox animæ hic pro persona sumitur ut *Aen. l.11. Ite alit egregias animas &c.*

129. Unguentum hoc ex nardo confectum à S. *Marco* Νάρδος πιστικῆ vocatur, ut distinguatur à pseudonardo: erat enim nardum syncerum vel à πίνω sic dictum, quia erat potabile & liquidum de huius fragrantia vide *Plinium* & *Dioscoridem*.

130 Hic ambrosiam voco per synecdochen speciei: non unius deorum cibum immortalem intelligo, sed fruticem odore vinoso & suavi de quo *Dioscorides l.3. c. 109. 130.* Ambrosius hic immortalem significat, indignantur autem discipuli quod pedes *Christi* ungebantur, erat enim res insolita tam apud Iudæos quam Romanos; & *Plinius* hoc recitat pro miraculo de *Othone*, qui primum hoc *Neronem* docuit, *lib.13. cap.3.*

Vrbem

l.2.l.6. Vrbem [131] asinâ vectus repetit, nil territus heros;

l.6.l.2. Quem trepidi socij comitantur passibus æquis.

l.1. At primum ut celsæ fastigia suspicit urbis

.l.1. *Christus*, & adversas adspectat desuper arces,

l.11. Dat gemitum ingentem, lachrimisque ita fatur obortis:

Geo.l.2. O fortunatam nimium tua si bona nosses

Æ.l.16. *Ierusalem*, tu quæ mactas crudeliter omnes

l.7.Ec.7. Ense oratores, quos ad te mittimus, eheu!

l.4. Cur mea dicta negas duras demittere in aures?

l.4.l.5. Quo ruis? aut quis te nostris amplexibus arcet?

l.4.l.3. Te propter lachrymas fundo: te propter eandem

l.1. Volvere tot casus volui; tot adire labores.

l.1.Ec.3. Tu tamen intentas mortem mihi pessima, quamvis

Geor.l.4. Te veniente die, te discedente docebam.

Ecl.1. Heu *Sylyma Sylyma* quæ te dementia cepit?

l.4. Nec te noster amor, nec te mea verba movebunt?

Ecl.2. Nil nostri miserere? mori me denique [132] cogis?

l.4. En quia nec precibus nostris, lachrymisve moveris,

l.2. Instat summa dies, & ineluctabile tempus

l.1.l.2. Quo [133] templum hoc immane, ingens, à culmine cesso

l.2. Corruet, & victa dominabitur hostis in urbe.

l.2. Præter disjectas moles, avulsaque saxis

l.2. Saxa nihil cernes, & mistum pulvere fumum:

l.2. Romanus muros, totamque à sedibus urbem

l.9. Eruet; heu quantæ strages, quot funera passim?

l.11. Millia multa virûm morientia corpora, nec non

l.6. *Iordanem* rubro spumantem sanguine cerno;

l.12. Et late campos ludæorum assibus albos;

l.4. Tales ille suo rumpebat pectore questus.

l.7. Iamque iter emensus, turres, ac tecta *Sionis*

l.7. Ardua prendebat *Christus*, murosque subibat;

l.6. l.11. Cum subito turbæ, decisis undique ramis

G.2.A.5. Palmarum occurrunt, voceseque ad sydera jactant;

131. Primo sedit super asinam, postea super pullum quia primum quievit in Judæorum Synagogâ, deinde in Gentili populo *Theophylat. in Math. cap.21.* Demus operam ut *Christum* sessorem admittamus in animos nostros indomitos, ut nostram fr nec lasciviam. *Ambros. in cap.19. Luca*

132. Simul violentiam passus est & voluntariè mortuus, quæ violentia tantum prævaluit, quantum ipse voluit. *Aquinas part. 3. quæst. 47. art. 1.*

133. Templū conflagravit decima die Augusti, qui etiam a rege *Babylonis* fuit cōcrematum a prima ejus per *Salomonē* structione anno 1130. mensibus 7. diebus 15. vide *Josephū & Baronium*

Exu-

Exuvijsq; [134] vias sternunt, [135] palmasq; ferentes
Procedunt, circum pueri, innuptæque puellæ
Sacra [136] canunt; fremituque virûm studijsque faventum
Concinit omne nemus, vocemq; immensa volutant
Atria, pulsati colles clamore resultant.
Tum studio effusæ matres, & vulgus inermum,
Invalidique senes, turres, ac tecta domorum
Obsedêre, alij portis sublimibus adstant.
Mox Pharisæorum furijs exarserat atro
Felle dolor, sævaque infrendunt dentibus ira.
At *Christus* templum ascendens, factoque flagello
Mutantes merces ejecit, & increpat ultro.
Iamque patrem manibus supplex orasse supinis
Dicitur, ut natum merito dignetur honore.
Hîc pater omniporens mox cælo clarus ab alto
Intonuit, radijsque ardentem lucis & auro
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem:
Et nube ex media vox reddita fertur ad aures:
Semper honoratum te habui, sic semper habebo.
Iamque dies aderat, qua gens Iudæa solebat
Agni mactati conspergere sanguine postes.
Non ex more dapes, non hæc solennia tanta
Vana superstitio, verique ignara *Jehovæ*
Imposuit; sævis gens hæc servata periclis
Dum necat *Ægypti* primæ vos Spiritus ales,
Annua vota facit, meritosque novabat honores.
Christus Bethaniâ socios præmisitin urbem
Tecta [137] parare jubens, tenerumq; ab ovilibus agnum.
Illi continuo volitant ac jussa capessunt;
Principio pinguem, tædis, & robore secto
Ingentem struxere pyram, tum viscera torrent;

[134]. Vestimenta *Christo* sternere est carnem Spiritui subijcere. nam caro est quasi animæ vestimentum. sternere autê vestes in via, est carnem humiliare in *Christo* qui est via: tali carni insidebit ille. [135]. Non legimus Iudæos unquam solitos fuisse occurrere suis regibus ingredientibus *Hierosolymam* cum ramis palmarum. Romani quidem Imperatores suos ornabant veste palmatâ, laurea corona, lauri quoque ramo in manu. cum ergo rex fuerit *Christus* extraordinarius illi volebant decernere triumphum. legimus etiam 1. *Machab.* 13 v. 51. & 2. *Machab.* 10. v. 7. in honorem dei etiam extra festum tabernaculorum Iudæos gestasse palmas: honorem ergo hunc divinum exhibuit *Christo* Deo. *Cyrillus* Hierosolymitanus *Catech.* 10. scribit, hanc palmam multis seculis duravisse intactam in signum victoriæ: palmas benedictas ad principes mitti solitos a Pontificibus testatur *Baronius*. 136. Hosanna canebant, hoc est, salva quæso. sic apud Romanos Io triumphe, & Io pæan exclamationes lætæ. juxta Imperatoris currum triumphalem tibicines & Citharœdi suaviter canebant. *Pancirol. de triump.* 137. Quidam putant hanc fuisse domum *Joannis* Evangelistæ, alij autem *Johannis Marci*, quod probabilius est. *Christus* autem celebravit *Paschæ* decima quarta lunæ primi mensis ad vesperam, die nempe a lege statuto. ille enim fuit vere agnus Dei.

l. 11. *G.* 2. *l.* 3
l. 11. *l.* 2.
l. 2. *l.* 5. *l.* 1. *l.* 6. *E*
l. 5.
l. 5.
l. 12. 12.
l. 12. *Ge*
l. 12. *l.* 4
l. 8. *l.* 2.
l. 8. *l.* 1. *l.*
l. 1. *l.* 5. *E.* 3.
E. 4. *l.* 10. *l.* 1
l. 4. *l.*
l. 4. *l.* 1. *l*
l. 7. *l*
l. 7.
l. 7.
l. 1. *l.* 6.
l. 5.
l. 2. *Ec.* 7.
l. 1. *l.* 3. *l.* 2.
l. 8.
l. 8.
l. 8.
l. 10. *l.* 5. *l.* 1
l. 5. *l.* 8.
l. 1.
l. 1. *Ec.* 1.
l. 7. *l.* 1.
l. 6.
l. 6. *l.* 1.

Inster-

l.3.l.8. Insternunt mensam, Cererem Bacchumque ministrant,
l.1.l.10. Agnum in frusta secant: *Christus* fidique sodales
l.6.E.10. Circumstant, agno ac herbis vescuntur amaris.
l.8. Postquam exempta fames, & amor compressus edendi,
l.12. E 6. Vestem [138] deponit *Christus*: simul incipit ipse
Geo.l.1. Certatim [139] pedibus sociorū infundere Lymphas;
l.4.l.9. Et madidos siccare parat, namq; optimus heros
l.2.G.4. Circundans humeris longis mantilia villis
l.3.l.4. Ipse lavat, siccatque pedes, *Petrumq;* refellit
E.3.l.2.l.4. Fonte recusantem tingi. Postquam abluit omnes
l.10.l.8. Assurgit *Christus*, tunicaque inducitur artus;
l.4.l.3 Incubuitque [140] toro, rupitq; hanc pectore vocem:
l.9.l.6. Vidistis me fonte pedes laviſſe, vicissim
l.1.G.1 Hoc agite inter vos, vobis amor omnibus idem
l.4.l.3. Sit precor, æternam pacem concordia firmet
l.12. Vos inter; virtutem ex me verumque laborem
l.6.l.2. Discite, nam vobis subeunda pericula pro me.
l.1. Per varios casus, per tot discrimina rerum
l.1. Tenditis in Cœlum, sedes ubi [141] fata quietas
l.1.l.3. Ostendent, sed vos omnes superate labores, (per
l.1.l.12. Et revocate animos; namq; hæc mea dextera sennl.12. Defensos dabit, & magna inter præmia ducet.
l.1. Durate, & vosmet rebus servate secundis.
l.6. Sed frons læta parum & dejecto lumina vultu
l.10. Cogunt me obductum verbis vulgare dolorem;
l.11. Præcipitant curæ, turbataque funere mens est.
Ecl.9. Quod semper veriti fuimus, nunc instat agendum;
l.5.l.11. Quidam ex hoc numero statuit me tradere letho.
l.4. Accipere hanc animam meque his exolvere curis
l.1.10. Permitto, sed tempus erit quum optaverit emptum

138 Baronius putat *Christum* remansisse in veste cœnatoria, Apostolos etiam ea veste indutos accubuisse, quæ sindon fuisse creditur. de veste quidem nihil legimus, de cœnatoria autem nos item.

139 Apud Iudæos & Romanos moris erat convivarum pedes lavare. Hic autem *Christus* non amisit divinitatem, dum ostendit humilitatem.

140 Veteres non solum Romanos, sed Iudæos etiam in lectis cœnare solitos, probant vox Architriclini, accubitusque nomen in Evangeliis, situs Magdalenæ dum Petro pedes *Christi* lavat, & *Joannis* recumbentis in pectus ejusdem. vide

picturam triclivij Mercurialis, *l.1. Gymnast.* lege autem statutum fuit ut agnus paschalis a verò recumbentibus ederetur, sed a tempore exilij babylonici, cæremonia illa fuit antiquata. 140. Hic Stoicorum fatum non intelligo, qui Deum fato subijciebant, quique contingentiam omnem tollebant, voluntatique necessitatem imponebant, fatumque æternam causarum seriem naturalium definiebant. Sed hic divinam providentiam intelligo: abusi eo nomine veteres nos utemur, & scitam è Stoicorum carcere vocem, trahemus ad lucem meliorem. *Lipsius de Constan. lib. 1. cap. 19.*

antibus non

Me

Me magno intactum,& quando ſcelera iſta, diemq; *l.*1
Oderit; interea ſpoliari lumine corpus *l.*10 *l.*1
Non vereor,ſed multa petam per vulnera mortem. *l.*4.*l.*
Vix, & quem dederas curſum pater alme peregi, *l.*
Et nunc magna mei ſub terras ibit[141] imago(quam *l.*
Non tamen uſquam abero, neq; vos in morte relin- *l.*5.*l.*
Sed cum frigida mors animâ ſeduxerit artus, *l*4
Omnibus ecce locis adero, deponite curas. *l.*4. *Ec.*
Talia voce refert; curiſque ingentibus æger *l.*
Solatur ſocios; premit alto corde dolorem. *l.*1
Obſtupuêre omnes, pallor ſimul occupat ora: *l.*3.*l.*4
Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant *l.*6
Quem ſociũ incuſet *Chriſtus*, tunc maximus heros *l.*6. *l.*5
Increpitans, *Iudæ* fatalem porrigit[142] offam. *l*1.*l.*6
Corripit ille fame rabida fera guttura pandens: *l.*6
Hinc *Iudæ* furijs mens effera, nequid inauſum, *l.*8.
Aut intentatum ſceleriſve dolive fuiſſet, *l*8.
Exit,& [143] argento mox vitam vendit herilem. *G.*1. *l*6.
Tunc *Chriſtus* [144] Cererẽ ſocijs Bacchũq; miniſtrat *l*8.
Quæ mortis monumenta ſuæ partitur in omnes; *l.*6.*l.*1.
Vt longum hominibus *Chriſti* teſtentur amorem *l.*3.
Et varijs dictis mœrentia pectora mulcet. *l.*6 *l.*1.
Multaque præterea vatum prædicta priorum *l.*4.
Divino ex ore evolvit, reſeratque futura; *l.*3.7.6.
Incenditque animos Flatus venientis amore. *l.*6.
Exin cuncta viris memorat quæ deinde gerenda; *l.*6.
Et quo quemq; modo fugiantq; ferantq; laborem. *l*6.
Poſthac [145] *Gethſemani Chriſtus* cõceſſit in hortum. *l.*10. *E.*7.
Ingemit, & duplices tendens ad ſydera palmas *l.*1.
Talia voce refert: [146] genitor ſanctiſſime quæſo *l.*1.*l.*6

141. Imago hic non pro ſimulachro corporis ſumitur, ut in *Virgilio*, quod ad inferos deſcendere credebatur, ſed pro ipſa anima: ſic *Polydori* anima dicitur εἴδωλον in *Euripide*.

142. Ex libro rituali Iudæorum patet, buccellam illam fuiſſe panem quem initio menſæ ſecundæ intingebant in pulſem, ſeu embamma ex lactucis agreſtibus confectum quod Euchariſtiam præceſſit.

143. Videtur, quod unuſquiſque argenteorum quos *Iudas* habuit, valuit libram, non vero denarium: nam ijs emptus eſt ager figuli in ſepulturam peregrinorum

non eſt autem veriſimile agrum *Iudææ Hieroſolymis* propinquam, tamque amplum, cujus dominium fuerit in perpetuum tranſlatum, potuiſſe vendi 30. nummis. 44. Hic *Hilarium* ſequor, qui ex *Job cap.* 13. *verſ.* 30. concludit *Iudam* Euchariſtiæ non fuiſſe participem, ſed eccleſiæ judicio me ſubmitto. 145. Hic hortus ad radices montis Oliveti ſitus erat, cultus ut creditur a *Davide*, *Salomone*, aliiſque regibus: hic *Chriſtus* cruciatur, ubi alij voluptatibus indulgebant. 146. Debuit orare *Chriſtus* ut homo, quia non fuit omnipotens: multa erant quæ ſine ejus oratione impleri nequibant ut etiam oſtenderet ſubjectionem ſuam patri, & ut nobis eſſet exemplo. Et licet in *Chriſto* fuerint dnæ voluntates, nulla tamen contrarietas, quæ debet eſſe in eodem & ſecundum idem. nam voluntate divina volebat mortem in ordine ad finem, nempe ſalutem noſtram: ſic ægrotus vult uſtionem propter ſanitatem. at voluntas humana detrectabat mortem, ut naturæ ſuæ humanæ adverſam.

Eripe

l.1 5. l. 6. Eripe me letho, si fert ita corde voluntas
l.10 l.1 6. l. 3. Omnia namque potes, sed stet sententia menti.
l.4. l. Ec. 3. Tu genitor, tibi me est æquum parere. querenti
l. 6. l. 5. Talibus extemplò 147 sudor fluit undique rivis
l. l. 3. Frigidus, & toto manavit corpore sanguis;
l.5. l. 3. l. 1. Et terram tabo maculat; mox æthere lapsus
l 4 l. 4. Remigio alarum volet ecce per aera magnum
4. Ec. 5. l. 1. Angelus, & *Christi* solatur pectora dictis;
l. l. 9. Atque iterum in cœlum paribus se sustulit alis.
l. 1 l. 3. Nox erat, & terris animalia somnus habebat,
l. 3. l. 4 l. 5. Cum socii placida laxabant membra quiete;
l. 6 l. 6. Tunc hos confectos curis, somnoque gravatos
6. l. 5 l. 6. l. 4. Aggreditur *Christus*, dictisque fatigat amicis:
1. l. 6 l. 4. l. 6. Præcipites vigilate viri, nunc pectore firmo
l. 6 l. 6. l. 9. Nunc animis opus est, nam vis inimica propinquat.
l. 8. l. 2. Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.
l 8 l. 3. l. 2. Vix ea fatus erat, subitò cum creber & aures
. l 6. l. 2. Visus adesse pedum sonitus, nam dirus *Iudas*
l 8. l. l. 6. l. 2. Ducens 148 armatos pedites equitesq; propinquat.
l. 1. l. 2. Obsedêre fores strictis mucronibus omnes;
l. 3 l. 9. Objiciunt equites sese ad divortia nota.
l. 1. l. 9. Hinc atq; hinc omnemq; aditum custode coronant.
l. 4. l. 2. l. 4. At *Christus* qui jam certæ succumbere morti
7. 6. l. 6. l. 4 Sponte sua voluit tempus secum ipse modumque
l. 6. l. 4. l. 6. l. 4. Exigit, & *Iudam* venientem haud reppulit; ast hic
6. l. 3. l 6. *Christum* ut conspexit, palmas utrasque tetendit
7. l. 11. (Nam multas habuêre faces, lucet via longo
1. l. 11. Ordine flammarum, & late discriminat agros)
6 l. 2. Amplexumque tenet *Iudas* atque 149 oscula figit.

147 Sudórem hunc non timoris, sed fortitudinis *Christi* indicium fuisse dicit *Theophilactus* verum esse hominem se hoc sudore monstravit & nostrum meditatorem, pro nobis doluit qui pro se, nihil habebat, quod doleret: sensit tristitiam meam ut mihi imperaret gaudium suum. *Ambros. in Luc.* 22. hic etiam fluxus sanguinis ex corpore *Christi* naturali, præsignabat martyria & cruentas persequationes corporis mystici, cum quibus ita luctandum est ut aliquando eluctandum sit.

148 Stultum erat eum cum gladiis & fustibus quærere qui se sponte offerebat: stultum, noctu

tum, qui clara luce in templo quotidie se sustinebat: verum id factum tempori & personis conveniebat, quia tenebrosum opus a filiis tenebrarum exercebatur, inquit *Ambrosius*. 149. *Christo* osculum *Iudæ* præbent, qui cum sint impii & Hypocritæ ad sacram cænam accedunt, inquit *Hieronymus*. osculum Sanctum urget Apostolus, testatur etiam *Justinus Apol.* 2. *circum finem*: post precationem solitos fuisse Christianos se mutuo osculo salutare, deinde sequutam esse administrationem Eucharistiæ: viri autem & fœminæ in Ecclesia seorsim parabantur, non solum osculo carnali, sed etiam situ locali, hic autem mos jamdudum antiquatus & sublatus est. Gentiles solebant etiam se mutuo osculari, quam consuetudinem sustulit *Tyberius Sueton in Tyber. cap.* 34. apud Iudæos osculum fuit reverentiæ signum, vide *Gen.* 39. *Exod.* 4. *Psal.* 2.

Cui

Cui breviter *Christus*: tune [150] oscula figis amice; *l.6.l.*
Et prodis me voce tua? nec plura locutus *l.2.l.1*
Constitit, atq; oculis densa agmina circumspexit. *l.*
Tum demum exclamat; coram quem quæritis, ad- *l.6.l.2.l.*
sum.
Ad vocem hanc [151] cecidere omnes, peditesque, *l.2.l.3.l.*
equitesque.
In terram; vasto tremuit sub pondere tellus; *l.8.l.6*
Infremuere viri, gemitumq; dedere cadentes. *l.10.l.*
Tum *Christus*: si me vultis deducere in urbem, *l.4. Ec.*
Fatorum hos comites dimittite; protinus illi *l.5.l.2.*
Cum clamore ruunt magno, manicisque coercent. *Geo.l.*
Verum ubi correptum manibus, durisque catenis *G.4.A.6*
Vinctum conspexit *Petrus*, furor iraque mentem *l.6.l.2.*
Præcipitant; tantum nescit perferre dolorem: *l.2.l.9.*
Quid faciat, quâ vi *Christum*, quibus audeat armis *l.9*
Eripere? an sese medios moriturus in hostes *l.9*
Inferat? & pulchram properet per vulnera mortem. *l.9*
Non tulit hanc speciē, medium sed fertur in agmē. *l.2*
Vt fera quæ densa venantum septa coronâ *l.9*
Inijcit, & saltu supra venabula fertur. *l.9*
Haud aliter *Petrus* medios moriturus in hostes *l.9*
Irruit, & quà tela videt densissima tendit. *l.9*
Solum inter cunctos [152] *Malchum* petit, illius aurem *l.9*
Ense putat. verùm *Christus Petrum* increpat, atque *l.9.l.6*
Condere vagina strictum jubet ocyùs ensem. *G.2.A.2*
Quid tibi vis, quæ mens tam dira miserrime *Petre* *l.4.l.9*
Impulit his cingi telis? aut quo ruis inquit? *l.2*
Non tali auxilio, nec defensoribus istis *l.2*
Tempus eget: *Malchi* mox aurem, & tempora ferro *l.2.l.6*
Trunca, manu medica *Christus*, non arte levavit. *l.12.l.7*
Ducitur interea manibus post terga revinctis *l.*

150 Osculum hoc *Judæ* fuit proditorium, sic osculum *Joabi*. est autem triplex osculum, nempe proditorium 2. charitativum, quod basium dicitur, 3. officiosum: de quo *Martialis Epig. lib.* 11. *epig* 99. Effugere non est *Basse* basiatores. & *epig.* 54. *lib.* 7. Hæc oscula solebant imprimi ori, genis & ipsis oculis. fuit etiam consuetudo manus osculari magnatum: sic *Caligula Cheræ* agenti gratias manū osculandam exhibuit. *Sueton. in Calig.* genua etiam basiandi offerre solitos Romanos testis est *Ammianus lib.* 28 pedes etiamnam *Caligulæ Pomponio* secundo consuli & *Cæsar Pompeio* absolato pedes osculandos porrexerunt hos imitati sunt Rom. Pontifices. his addi potest osculum luxuriosum, quod Suavium proprie dicitur: hoc osculo monachis interdictum esse legimus. 151. Ex his patet non defuisse *Christo* potentiam ad resistendum; Deus enim in carne latebat quid autem judicatus faciet, qui judicandus hoc fecit? illi *Christum* ut occiderent quærebant sæviendo, *Christus* autem nos ut servaret quærebat moriendo, inquit *Augustinus*. 152. Licet Petrus hoc facto amorem suum erga *Christum* ostenderit, reprehensionem tamen meruit quia injussus fecit: quia sciebat hoc esse tempus quo *Christus* traderetur, quia hu manis præsidijs non indigebat, quia scripturas implere debebat, & quia factum hoc *Petri* hostes potius irritaret quam placaret.

Ad

l.6.l. 6. l.2. Ad ſocerum *Caiphæ*; dum multa hic flagitat, adſtat
l.2.l.1 2 l.11. Miles, qui palma faciem percuſſit honeſtam.
l. l.4. Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca.
6.l.2.l l.6. Sed ſolus *Petrus* caſu percuſſus iniquo, (eſt.
l.6. Proſequitur lachrymans longe & miſeratus *Ieſum*
l.3. l. 6.18.l.3 Mox tamen (heu) dominum 153 *Petrus* ter voce
negavit,
l.8.l 5.l.4. Ante focum (nam frigus erat) dum ſtaret in aula;
10.l. 4.l.3.l.1 Hoc fore prædixit divino ex ore magiſter.
Ec. l.6.l.4. Exinde ad *Caiphæ Chriſtus* deducitur ædes.
5.l.2 2.l.5.l.3 Hic falſi incuſant teſtes, atque ipſe ſacerdos
2. l. 4.l.10.l.3. Sublimis ſolio his verbis compellat *Ieſum*:
l.2. Quiſquis es, hæc mihi nunc ediſſere vera roganti,
6.l.2 12.l.10. Te namque adjuro per magni numen Olympi;
2.l.9 1.E.4.l.10. Tune ille es *Chriſtus* ſoboles Iovis omnipotentis?
l.9 l.6. Cui *Chriſtus*: ſum nempe Dei certiſſima proles,
l.9 l.12.l.5. Quam poſt aeria ſublimem in ſede videbis
l.9 7.l.8. l.12. Nubibus incinctam & præclara luce decoram.
l.2 l.11. His verbis turbati animi, concuſſaque patrum
l.9 l.11. Pectora, & arrectæ ſtimulis haud mollibus iræ.
l.9 l.9.l.11. Diſcerpit 154 veſtes *Caiphas*, tunc undique clamor
l.9 l.2.l.11. Cum fremitu horrendo magnus ſe tollit in auras.
l.9 l. 11. Haud ſecus atq; alto in luco, quum forte catervæ
l.6 l.11. Conſedêre avium, piſcoſove amne Paduſæ
A 2. l.11. Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia Cygni.
l.9 l.4.l.2. Teſtibus haud opus eſt alijs, pro talibus auſis,
l.2 6. 2.l.4. Pro ſcelere, exclamat *Caiphas*; dabis improbe pœnas
l.2 l.5.l.2 Accurrunt 155 Iuvenes, *Chriſtoq;* illudere certant.
l.2 G 4.*A*. 5 Hic ſpuit ore, alter diverberat ictibus illum;
l.6 l.1. *Ge*.3. Involvunt 156 alij faciem; ſtat triſtis *Ieſus*
7 l 12.l.6. Submiſſo vultu, preſſoque obmutuit ore.

153 Abnegatio Petri in atrio *Caiphæ* contigit, non autem in domo *Annæ*. nam apud *Iohannem*, eſt ὕστερον πρότερον. cum enim de Petro ſemel loqui cœpiſſet, ipſum & alterum diſcipulum ſequutos fuiſſe *Ieſum*, cætera quæ Petro acciderant, poſtea, eidem orationi ſimul adjunxit non autem defecit Petrum fides in corde, cum deficere te confeſſio in ore inquit *Auguſtinus*.

154 Hebræi veſtes ſcindere ſolebant, cum blaſphemiâ audirent, ut legimus de rege Ezechia. *Iſa*. 37. & 2. *Reg*. 19.

Sacerdotibus autem nefas erat veſtes ſcindere, *Levit*. 10. 6 veſtes intelligo ſacerdotales: nam *Jonaphas* Sacerdos ſcidit veſtimenta ſua, 2. *Math*. 11. ſed veſtis ille fuit militaris; peccavit ergo *Caiphas* contra legem: quum ſciſſio hæc veſtis Sacerdotalis ſignificabat diruptum & ablatum eſſe Sacerdotium veteris legis. 155 Non à Iudæis ſolum, ſed à gentibus etiam pati debuit, quia pro utriſque moriturus erat. 156 Obvelant Iudæi faciem ejus, quam patres illorum tantum deſiderabant videre: velamen hoc adhuc manet, non enim Iudæi poſſunt adhuc videre faciem *Chriſti*. noctuæ non poſſunt intueri Solem juſtitiæ. nec ſplendorem illius vultus ferre. omne genus injuriarum paſſus eſt, ut quanto major ei injuria fiat facta, tanto uberior ad nos redeat gratia inquit *Ambroſius l. 2. fide de*.

Irrident; erratque aures, & tempora circum l.5.
Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ. l.5.
Hei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo l.2.
Christo, qui quondam consperſit lumine montem l.12.
Thabor, & è sacris efflavit naribus ignem? l.12.
O lux vera hominum! spes ô fidissima mundi! l.2.
Quis tam crudeles optavit sumere pœnas? l.6.
Cui tantum de te licuit? cur sanguine crines l.6.l.2.
Concretos video? quæ causa indigna serenos l.2.
Fædavit vultus, aut cur hæc vulnera cerno? l.2.
Hunc ego te *Christe* aspicio, mea sola voluptas l.9.l.3.
Solamenque mali? vestri misereſcite regis l.3.l.8.
Abramidæ; siqua est pietas, in me omnia tela (vitam l.9.
Conijcite, hanc miseram quam primùm abrumpite l.9.
Quid meus in vos (heu) dominus committere l.1.
tantum?
Quid potuit, tantas ut solvat sanguine pœnas? l.1.l.9.
Me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum l.9.
Iudæi, mea fraus omnis, nihil ille nec ausus, l.9.
Nec potuit (Cœlum hoc & conscia sidera testor) l.9.
Tantùm infœlicem nimium dilexit amicum. l.9.
Propterea te *Christe* deus jam pectore toto l.9.
Accipio, & dominum casus complector in omnes; l.9.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus, l.9.
Seu pacem seu bella geram, tibi maxima rerum l.9.
Verborumque fides, lachrymis tua vulnera *Christe* l.9 l.4.l.3
Proluo, & assidua magnum prece numen adoro. G.1.A.3.
At mens *Bar-Jonæ* jam dudum saucia curâ
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne; l.4.
Multa viri virtus animo, multusque recurrit l.4.
Oris honos, hærent infixi pectore vultus, l.4.
Verbaque, nec placidum membris dat cura quietẽ. l.4.
Nam simul ac 157 oculos contorsit lumine glauco l.4.
In *Petrum Christus*, gemitum dat pectore ab imo Geo.l.4.
Æn.l.1.

157 *Christus* aspexit *Petrum* oculo misericordiæ non justitiæ ut aspexit *Sodomam*. respexit etiam *Petrum* non solum exteriore sed interiore & spirituali oculo. Flevit ergo *Petrus* & liquefactum est cor ejus, quam Sol justitiæ radijs suis tepefecit illud. solebat etiam per totum vitæ curriculum ad Galli cantum flere, & orare sic ut assiduis lachrymis ejus facies adusta videretur.

Ingentem,

l. 4. Ingentem, lachrymisque sinus implevit obortis?
*L.*5.*l.*8. Me quoq; magne Deus, me [158] respice lumine vul-
*l.*6.*l.*2. Et geminas huc flecte acies, penetralia cordis, (tuis,
*l.*8 *l.*4. Illustra radijs oculorum *Christe* tuorum;
l. 6. Vt possim largo fletu simul ora rigare.
*l.*10.*l.*3. Concilium [159] interea *Caiphas* vocat, undiq; pa-
*l.*1. Conveniunt, stratoq; super discumbitur ostro. (tres
*l.*2.*l.*1. Armati quidam educunt è carcere *Christum*,
*l.*2. Quidam adstant portis bipatentibus ære coruscì,
*l.*2. Obsedere alij telis augusta viarum.
*l.*2. Oppositi stat ferri acies mucrone coruscо;
*l.*2.*l.* 3. Stricta, parata neci siquis tentaret *Iesum*
*l.*2. 3.4. Vi rapere; hic rursus divino ex ore fatetur
*l.*3.7.2. Cœlicolûm se rege [160] satum: furor iraq; patrum
*l.*2.*l.*8. Præcipitat mentes; infrendunt dentibus omnes,
*l.*6. Et *Christum* falso damnarunt crimine mortis.
*l.*6. Continuò sontem *Judam* succincta flagello
l 6. [161] Tysiphone quatit insultans, torvosq; siniſtra
*l.*6. Intentans angues, vocat agmina sæva sororum.
*l.*6.*l.*7. Sibilat innumeris hydris fata nocte Megæra,
*l.*7. Verberaque insonuit, tum lumina torquet Erynnis
*l.*7. Flammea fumantes figens sub pectore tædas.
*l.*7. Alecto torvam faciem, & furialia membra
*l.*7. Ostendit, penitusque in *Judæ* viscera lapsa est.
*l.*5.*l.*7. His agitur furijs, totoque ardentis ab ore
*l.*12. Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.

158 Respicere dicitur misereri. non potest in tenebris manere quem lux mundi respicit.

159 Concilium deforme vocat, glomerantur in unum innumeræ pestes Erebi, nam concilium a *Moyse* institutum ab *Herode* sublatum est, jam prosiliæ regnant. de veteri Sanhedro audi R. *Moysen* ut eum citat *Munsterus in Deutr.* 16. ordinabantur Sacerdotes, Levitæ & Israelitæ nobiles, qui digni essent quique carebant omni vitio, corporis conspicui, sapientis, &c. in hoc collegio nec nimis annosi nec Eunuchi qui

crudeliter agere possent, fuerunt; sed viri incorrupti, sapientes, Deum timentes, mites, patientes, veraces, justi, &c. hæc ille. quantum ergo distabat hoc Sanhedrin à *Moisaico*? 160. Natus est *Christus* ex patris æternitate, & ex matris virginitate. &c. inquit *Augustinus*. duæ quidem in *Christo* sunt nativitates, at una solum filiatio, quia subjectum filiationis non est natura, nec pars naturæ ut ait *Thomas*, sed persona: una autem est persona æterna, ergo una solum filiatio est æterna. deinde unitas filiationis quæ est relatio non attenditur secundum terminos, sed secundum causam vel subjectum: quia si attenderetur secundum terminos, quilibet homo haberet duas filiationes alteram ad patrem, alteram ad matrem, sed quia una est causa, una est relatio. præterea, filiatio quia *Christus* refertur ad matrem, non est relatio realis, sed rationis: quia relatio, quæ advenit Deo ex tempore, non ponit in Deo aliquid secundum rem, quare in *Christo* non est nisi filiatio æterna realiter. est ergo in eo una relatio realis ad patrem, altera rationis, temporalis ad matrem. licet autem filiatio seu relatio *Christi* ad matrem sit rationis, maternitas tamen seu relatio matris ad *Christum* est realis, vide *Thomam. part.* 3. *quæst.* 35. *art.* 5. 161 Hic malæ conscientiæ stimulos intelligo, nam Tysiphone a τίσις ultio, & φόνος cædes est, quia ultio divina ob cædem *Christi Iudam* persequebatur: in antro stygio habitare dicuntur furiæ, quia in conscientia latibulis latent conscientiæ cortores.

Per medias urbes agitur furibundus, & alta *l.7.l 4.*
Templa petit, tremulis ululatibus æthera complet; *l.6.l.7.*
Se causam inclamans, crimenque, caputq; malorum *l.12.*
Quæ domino insonti acciderant, quòd vendidit *l.6. 12.6.*
Hostibus incusat sese, redditq; repente (illum *l.2.l.5.*
Argentum, & scelerum furijs agitatus abivit; *l.1.4.2.*
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta. *l.: 2.*
Ilia rumpuntur misero; deforme cadaver *Ec 7. l.8.*
Terribili squalore horret; dependet amictus *l.6.*
Sordidus ex humeris, oculos stupor urget inertes. *l.6. G.3.*
Ora modis miris pallent, gravis halitus atro *l.1.l.6.*
Corpore se fundens supera ad convexa ferebat, *l.6.*
Vitaque tartareas fugit indignata sub umbras. *l.12.*
Interea *Christus* peditum comitantibus armis *l.6. l.4.*
Ducitur ad sævi sublimia tecta *Pilati.* *l. 11. l.7.*
Se natum regem memorat, nomenque genusque, *l.10.*
Quidve petat, quidq; ipse ferat; sed *Cæsaris* hostem *l.10 l.2.*
Iudæi exclamant, & seditione potentem; *l.2. l. 11.*
Eversorem aiunt Galilææ gentis, & ipsum *l.12 4.1.*
Proijcere incautos in aperta pericula cives. *l.11.*
Talibus Abramidûm dictis defixa *Pilatus* *l.7.*
Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæret. *l.7.*
Intentos volvens oculos; tunc mittit *Iesum* *l.7. l.1.*
Ad regem *Herodem.* solio rex sævus ab alto *l.7. l.10.*
Multa rogat *Christum*, sed respondere roganti *l.1. Ec.5.*
Dignari haud voluit: rex ira concitus [162] albis *l.1 l.9.*
Vestibus indutum, irrisumque remittit *Iesum.* *l.2.4.2.*
Tunc *Christum* pedites magno clamore trahentes *l.6. l.2.*
Ante fores sistunt Romani judicis; ille *l.6. l.8.*
Conspectum in medium populi deducit *Iesum* *l.2. l.4.*

162 Hæc alba vel splendida vestis, fuit signum tam nobilitatis *Christi*, (potentes enim veste tali indui soliti colligitur ex *Jacobi* 2.6. v. 2.) quam innocentiæ ipsius, nam: apud Iudæos criminis alicujus rei, pulla seu atra veste indui solebant: at *Christus* quasi innocentissimus, candidatus ivit: deinde Romani cives utebantur togâ alba seu pura, sed togam candidam quam *Polybius* vocat Λαμπρὰν, (quæ vox etiam ab Evangelistis usurpatur,) induebant ij solum qui magistratum ambi bant, cum ergo *Herodes Antipas* audisset *Christum* se appellare regem, ut *Christo* alluderet illum veste candida induit, ut nempe ostenderet dominum petere magistratum seu regnum. nec in hoc *Herodes* omnino deceptus est, nam petebat regnum, non mundanum, sed cœleste: non tam sibi, quam nobis sed hac veste in qua *Christus* fuit ignominia affectus, honorantur Sacerdotes Ecclesiæ: repræsentat enim in illis splendorem virtutum, nec non lætitiam ob Resurrectionem *Christi*, nam die paschatis Angeli in albis apparuerunt.

Insontem

l.2.l.4. Insontem clamans; contrà omnes vocibus instant
l.2. Abramidæ infensi,& pœnas cum sanguine poscunt.
l.5.l.2 Esse[163] reum mortis clamant, & *Cæsaris* hostem.
l.5.l.2. Clamore assiduo victus precibusque coactus,
l.6.l.3. Virgis[164] cædendum tradit to toribus; illi
l.4.l.9. Continuò invadunt, & candida pectora nudant,
l.8. Atque inter sese multa vi brachia tollunt
l.8.l.3. In numerum; largus sequitur de corpore sanguis.
l.4 Tunditur assiduis hinc atque hinc ictibus heros.
l.1.l.5. Ingemit & sacros quatit æger anhelitus artus:
l.9. Heu multo *Christi* violarunt vulnere corpus:
l.5. Multa cavo lateri ingeminant, & pectore vastos
l.5 Dant sonitus: erratque aures & tempora circum
l.5. Crebra manus; duro crepitant sub vulnere malæ.
l.2. Quis gemitus, ô *Christe*, tuos quis vulnera fando
l.2. Explicet! aut possit lachrymis æquare dolores?
l.5.l.9. Quis siccis oculis calidum de corpore flumen
l.4.l.6. Cerneret? & tanto spumantem sanguine terram?
l.6.l.4. Non tamen hoc domini casu *Judæa* movetur,
l.4. Nec fletu ingemuit *Christi*, nec lumina flexit, (est
l.4. Nec lachrymis vitam dedit aut miserata magistrum
l.4. Non tibi *Sara* parens, generis non author *Abramus*
l.4 Perfida, sed duris genuit te cautibus horrens
l.4 Caucasus, Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.
l.3.5.4. O mihi si tanto manarent lumina fletu
l.6.5.2. Quanto *Christe* tuo manavit sanguine corpus,
l.4.11.6.4 Vulnera sacra meis guttis perfunderem, & artus
l.7.4.E.3 Sanguine rorantes lachrymarum fonte lavarem.
l.7.l.6. Postquam verberibus laniassent corpore toto
l.6. Tortores *Christum*, lacerant crudeliter ora,
l.6. Ora, aurescque ambas, spoliataque tempora spinis;
l.3.l.4. (Nam textâ ex spinis capiti imposuere[165] coronâ)
l.6. Purpureasque super vestes velamina[166] regum

163 Iudæi condemnant *Christum*, tanquam reum mortis, verum per septem dies azymorum, nefas erat quemquam occidere. sic isdem diebus *Petrus* ab *Herode Agrippa* incarceratus est, ut illis elapsis morte afficeretur.

164 Quod *Christus* flagellari voluit, ostendit se formam servi sumpsisse, nam flagellatio fuit servile supplicium.

165 Romani utebantur corona triumphali sive laurea sive aurea, obsidionali sive graminea: civica sive quernea, castrensi sive vallari: navali sive rostrata, & murali: at nullus ante *Christum* gessit coronam spineam: hæc illi fuit loco & triumphalis, & civicæ coronæ, quia de hostibus triumphavit, & cives suos liberavit, & quia Romani captivos soliti sunt sub corona vendere, volebant forte hac corona significare *Christum* jam captivum esse, hic tamen captivus dum vit captivitatem captivam. Christiani exhorrebant more Gentilium, tempora ornare coronis, ob reverentiam coronæ spineæ *Christi*: ut testatur *Clemens Alexandrinus Pæd l.2. & Tert. de cor. mil c.1.*

166 Soli reges, qui propterea purpurei tyranni ab *Horatio* dicuntur, & Sacerdotes, ut patet, Exo. 39. velabantur purpura: debuit autem *Christus* tali veste ornari, nam fuit & rex, & Sacerdos.

Injiciunt; solio *Christus* tum sedit in alto, *l.6.l.7.*
Gestat [167] arundineũ rex qui regit omnia sceptrum *l.10.17.*
Mille modis *Christo* illudit gens barbara quidam *l.5.2.l.11.*
Percutiunt pugnis faciem; spuit alter, & alter *l.4.11.G.4.*
Tundit arundinea virga, regemq; salutat. *l.10.6.1.*
Interea ex venis sanguis fluit undique rivis. *G.2.A.5.*
Hoc misero cultu tandem deducitur heros *l.3.l.4.*
In medium cætum, populoque ostenditur: omnes *l.5.l.6.*
(O gentem truncis & duro robore natam) *l.8.*
Clamorem immensum tollunt; ripæque, lacusque *l.3.l.12.*
Responsant circa, & cælum tonat omne tumnltu. *l.12.*
Instigant cuncti studiis fremituque [168] *Pilatum*, *l.5.*
Vt vellet *Christum* quam primùm absumere lætho. *l.9.l.3.*
Ille diu veluti rupes immota resistit; *l.7.*
Iudei ardentes instant, hominemque fatigant. *l.1.l.7.*
Ilicet insontem ad mortem contra omnia *Christum* *l.5.l.7.*
Contra jussa dei perverso numine poscunt. *l.7.*
Iudicis uxorem suspensam insomnia terrent *Ec.8.l.4.*
Plurima de *Christo*; hæc lacrimis precibusq; maritũ *l.2.l.3.7.*
Sollicitat, casum miserari insontis *Jesu*: *l.4.l.5.*
Ille quidem conatus erat dimittere *Christum*, *l.2.l.4.*
Sed frustra; gravis ira, & inexaturabile pectus *l.2.l.5.*
Iudææ gentis, precibus non flectitur ullis. *l.5.*
Non satis est *Christum* pænam traxisse per omnem, *l.5.*
Sed vita spoliare volunt, sacrique cruoris *l.6.l.3.*
Relliquias poscunt, tanta hos insania cæca *l.1.l.2.*
Præcipitat, tantâ populus furit improbus irâ. *l.4.l.9.*
Ergo ubi nulla datur cæcum exsuperare potestas *l.7.*
Consilium, & populi nutu impatientis eunt res, *l.7.l.12.*
Poscit aquam, tonsisq; petit mantilia villis. (rem *l.1.G.4.*
Dant famuli manibus lymphas, [169] lavit inde cruo- *l.1.l.3.*

167 Quæ Iudæi per irrisionem *Christo* faciebant, mystica sunt: nam vestis purpurea, est natura nostra sangui nolenta & cædis rea, hanc *Christus* induit, ut eam expiaret. arundo infirmæ nostræ carnis Symbolũ est. hanc *Christus* portat & supportat virtute sua. corona spinea sunt peccata nostra, hæc *Christum* pungunt sed illa *Christus* sanguine suo abluit. vide *Theophylactum in Math.* 168. Hic fuit sextus in Iudæa præses, postquam Romanis tributaria facta est, dictus *Pontius* a regione *Ponto*, unde fuit. de miraculis *Christi* scripsit ad *Tiberium* imperatorem, sed a *Vitellio* præside *Syriæ* ob necem Samaritanorum redigitur in ordinem, & *Romam* mittitur: a *Caio* vero *Tiberij* successore in exilium *Viennam* pellitur, & post biennium propria manu sibi mortem infert. 169 Ah! nimium faciles qui tristia crimina cædis fluminea tolli posse putatis aqua: inquit *Ovidius*. non potuit *Pilatus* ablutione manuum se expiare, sciebat enim Iudæos *Christum* damnasse injuste, præterea sententiæ executio ad decem dies proroganda fuerat ex S. C. *Tiberiano* ante 12. annos, ut observat *Baronius* quod autem lavit manus in signum innocentiæ, Iudæorum non Romanorum sequutus est mortem, hi enim in signum innocentiæ manum ad solem tollere solebant. Iudæi autem lege *Moysis* manus lavare jussi sunt. *Deut.* 21. peccavit etiam in leges Iudæorum, qui blasphemum crucifigere voluit, debuit enim lapidari: in leges quoque Romanorum, qui latrones crucis supplicio afficiebant.

In-

l.6. 9.2. Insontem, & Iurat caput hoc se opponere morti
l. 6. l.2. Invitum; vestris (inquit) clamoribus actus
l.3. l.8. Hanc animam vobis trado, vos morte necate;
l.7. Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas
l.7. O miseri? te *Iudæ* nefas, te triste manebit
l.7. Supplicium, votisque deum venerabere seris.
l.7. Nam mihi parta quies, omnisque in limine portus.
l.7. G.2. His dictis, sepsit se tectis; jamque cohortes
l.1. l.11. Romani longo proceduntordine, *Christus*
l.2. l.11. Ponè subit, gestans humeris languentibus. (heu)
l.6 3.4 Fatalemq; [170]trabem, vestemq; cruore madentem
l.6. Ec.3. l.9. Hunc gemini fures comitantur, cætera turba
l.2. l.6. Subsequitur; matres, pueri, innuptæque puellæ.
l.11. Fœmineum clamorem ad cæli sidera tollunt;
l.6 l.11. Effusæque genis lachrimæ; solatia luctûs
l.11. l.6. Exigua ingentis, sed non indebita *Christo*.
l.1. l.3. Has tamen [171]increpitans verbis compellit amicis:
l.5. .4 Cur tantæ (& miseras) lachrimæ voluuntur inanes?
l.3 l.1. Fundite pro vobis, vestrisque nepotibus illas.
l.10. l.1. Vobis tempus erit, cum terque quaterque beatas
l.3. l.8. Dicetis steriles, quarum circum ubera nullos
l.8. l.10. Ludere pendentes pueros, & lactea colla
l.8. l.5. Lambere cernetis; sed ligni pondere pressus
l.12. l.1. Deficere incepit *Christus*; tum turba coegit
l.6 l.2. [172] *Simonem* portare crucem; sed crimina mundi
l.2. 6.1. Hoc ligno graviora humeris tu *Christe* tulisti.
l.6. Me quoque per flammas, & mille sequentia tela
l.6. l.2. Eripis his humeris, medioque ex hoste revellis;
l.1. Omnibus exhaustum me casibus, omnium egenum
l.3. l.1. Cælicolûm socias turbis; persolvere grates
l.1. Dignas non opis est nostræ, nec quicquid ubiq; est
l.1. Humanæ gentis, magnum quæ sparsa per orbem.
l.1. In freta dum fluvij currunt, dum montibus umbræ

170 Ad majorem ignominiam cogunt *Christum* suam crucem ferre, in hoc imitati Romanos qui criminis rei furcas humeris gestare coegerunt; inde furciferi vocabantur. Pontifices ut viderentur *Christi* vicarij a subdiaconis crucem ante se ferri volunt dum equitant: sed ipsi crucem ferre debebant, si *Christum* imitari volunt.

171 Non tantum flendus erat sed laudandus *Christus*, qui passionibus suis salutem nostram procurabat.

172 Hic ostendit *Christus* se verum corpus humanum assumpsisse quod tot ictibus fractum & debilitatum fuit. Licet autem *Simon* hic crucem *Christi* gesserit non tamen fuit crucifixus, ut somniabant hæretici Basilidiani, neque aliqua pars gloriæ hujus passionis illi adscribenda est, nam non ponte, ut *Christus*, sed coactus crucem bajulavit, ille crucem ligneam, *Christus* iram dei, & peccata mundi sustulit. discamus ferre crucem nostram, non coacte ut *Simon*, sed sponte ut *Christus*, qui crucem portavit, ut *Isaac* lignum,

Luſtrabunt, convexa polus dum ſydera paſcet, *l* 1. l.61
Semper honos, nomenq; tuum, laudeſq; manebunt. *l.* 1.
Ventum erat ad montem cui nunc 173 *Calvaria* no- *l.* 6. *l.* 8.
Eloquar an ſileam? clavis affixus *Ieſus* (men *l.* 3 *l.* 5.
Ligno hæret, cœloque ardentia lumina tendit; *l.* 5. *l.* 2; l.6.
Lumina, nam palmas ferrum terebravit acutum. *l.* 2. l.6.
Dat populus *Chriſto* ſitienti pocula 174 fellis, *Ec.* 1. *l.* 3. l.5.
Qui populi ſaliente ſitim reſtinguere rivo *Eclog.* 7. l.4.
Dulcis aquæ ſolitus venerando ex ore fluentis. *E.* 7. 2. *l.* 11 l.4.
At crucis immenſam quam primùm attollere mo- *l.* 2. l.6
Aggreditur populus, cæloque educere certat. (lem *l.* 4. *l.* 6. l.4.
Tollitur in cælum clamor, totuſque remugit *l.* 5. *l.* 3. l.12
Mons circum, tremulis ululatibus æthera cõplent. *l.* 3. *l.* 7. l.10
Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtrat *l.* 4.
Hoc opus infandum haud oculis 175 pater aſpicit *l.* 4.
Sed caput obſcura nitidum ferrugine texit. (æquis *Geo. l.* 1.
Conditur in 176 tenebras altum caligine cælum, *l.* 11.
At nox atra magis, major circumvolat umbra *l.* 6. *l.* 2.
Abramidas, errant cæca caligine mentes; *l.* 6. 3. 4.
Dum non agnoſcunt morientem, & dira ferentem *l.* 6. 4. 6.
Supplicia, hunc hominum verum divûmq; ſatorem. *l.* 6. *l.* 1.
Sed quidam illudunt, quidam deſcendere ſuadent, *l* 2. *l.* 5.
Dividit hic veſtem, mox porrigit alter 177 acetum. *l.* 1. *l.* 6.
Chriſte mihi vita ſemper, dum vita manebit, *l.* 5.
Chare magis, *Chriſte* innumeris exercite 178 fatis; *l.* 5.
Brachia diſtendis, dimittis in oſcula vultum? *l.* 1. *l.* 3.
Ne renuas noſtro circundare brachia collo, *l.* 1. *l.* 2.
Amplexus da *Chriſte* tuos, atque oſcula fige.
Eripe me his invicte malis, & tu mihi cælum *l.* 6.

173 Patres teſtantur hunc eundem eſſe montem in quo *Iſaac* fuit oblatus, & in quo *Adam* fuit ſepultus, ut mors primi *Adami* ob peccatum inflicta, morte ſecundi *Adami* tolleretur. quod vero in libro *Joſuæ cap.* 24. *Adam* dicitur ſepultus in *Hebron* non de primo parente, ſed de uno *Anakim* ſen gygantum intelligi poteſt, cui nomen fuit *Adam*. hic mons *Chriſti* morte nobilitatus, ſed ab *Hadriano* ſimulachro *Veneris* profanatus, à *Conſtantino* vero & matre *Helena* expurgatus fuit.

174 Puto potionem illam potius felle miſtam, quam ulla alia re amara, Evangeliſtæ enim hiſtoriam ſcribunt. Quidam vero qui *Chriſti* miſerti ſunt, vinum myrrhatum propinabant non ad ſoporem conciliandum, ſed ad vires languentes recuperandas 175 Sol pater dici poteſt, quia Sol & homo generant hominem. 176 Ecclypſin Solis fuiſſe miraculoſam patet, quia tum fuit cum luna in plenilunio erat: univerſ lis etiam fuit, quia *Dionyſius* Areopagita *Heliopoli* in *Aegypto* exiſtens eam vidit, ut ipſe teſtatur *ep. ad Polycarpum.* 177 Præparunt acetum, non ut eum citò conficerent, ſed ut ſanguinem ſiſterent, & ſic eum diutius torquerent; conſentaneum autem eſt veritati, acetum hoc fuiſſe Hyſſopo permiſtum, ſicque ex aceto & Hyſſopo ſpongiam imbutam, atque arundini affixam fuiſſe, exhibitumque non tam ad potum, quam ad vulnera, ut ſanguis eorum ſiſteretur: eo autem accepto expiravit, non quod virtutem haberet accelerandi mortem, ſed Deo ita diſpenſante, ne crura *Chriſti* frangerentur. 178 Hic fatum ſumo non pro providentia ut in Deo eſt, ſed prout exiſtit in rebus ipſis, ut cum dicimus hoc eſſe regni illius fatum. *Liſius de Conſt.*

Porrige

l.1. l.6 1.2. Porrige (namque potes) fidumque tuere ministrum;
l.1. l.6. Da dextram misero, & tecum me tolle per astra
5. l.8. l.6. Sedibus ut tandem placidis in morte quiescam.
3 l.5. l.6.l.2. *Christus* contectus curis, multoque dolore
5. l.2. l.6. l.11. Voce vocat patrem, gemituque hæc edidit alto:
l.2. l.5. l.4. Sancte parens cur me morientem 179 deseris? exin
l.3. l.4.3.4. Ingemuit rursus, dixitque novissima verba;
g.7. l.4.5.10. Hanc animam tibi commendo pater ætheris alti.
.l.11 l.6.l.11. His dictis, tenebris increscunt omnia circum:
l.2. l.4. l.12. Occupat os pallor, solvuntur frigore membra,
l.6. l.12.l.11. 180 Vitaque cum gemitu tenues concessit in auras.
l.3. l.10. l. 9. Olli dura quies oculis, pulchrosque per artus
.7. l.9. It cruor, inque humeros cervix collapsa recumbit:
4. l.9. Purpureus veluti quum flos succisus aratro
4. l.9. Languescit moriens, lassove papavera collo
1. l.9. Dimisere caput, pluvia cum forte gravantur.
. l.11. At mœstæ matres crinem de more solutæ
. l.11. Ingentem gemitum tunsis ad sydera tollunt
. l.11.l 4. Pectoribus, resonat magnis plangoribus æther.
l.4 Quis tibi nunc mater cernenti talia sensus,
l 4 *Ec.* 5. Quosve dabas gemitus? quum tu miserabile corpus
l.4.l.5. Prospiceres nati, madefactum sanguine tanto?
l.9.l.11.2 Pulchraque vulneribus fædati membra pudendis?
Geo.l. 4. Multa gemit, largoque humectat flumine vultum;
l.11.l.9. Pectora percutiens, & cælum questibus implens.
*Geo.*l.4. Qualis populea mærens Philomela sub umbra
l.4. Amissos queritur fœtus, quos durus arator
l 4. Observans nido implumes detraxit, at illa
l 4. Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen
l.4. Integrat, & mœstis late loca questibus implet.
Æn. l.2. Hic aliud majus populo, multoque tremendum
l.2. Objcitur, magis atque improvida pectora turbat;
l.4 l.6. Nam simul ac *Christus* telluris operta subivit,

179 Deus deserit *Christum*, id est Judæos *Christi* populum, vel deseruit humanam *Christi* naturam saltem quoad vim & ἐνέργειαν; alioqui divinitas nunquã deseruit humanitatem, quia unio personalis indivise facta est.

180 Hic vita pro actu animæ in corpore sumitur, est enim ab anima & in ea formaliter in corpore vero instrumentaliter. vita ergo recessit a corpore non ab anima: divinitas tamen a carne non recessit, quia gratia unionis ut & adoptionis, non possunt amitti sine culpa, ac nulla fuit in *Christo* culpa, licet antè divinitas a carne non recessit, hæc tamen carnem non vivificavit: quia non vivificat formaliter sed effectivè, idque mediante anima.

Sub

Sub pedibus [181] mugire ſolum, & juga cæpta moveri
Sylvarum, inſolitis tremuerunt motibus urbes;
Et tremefacta ſolo tellus, avulſaque ſaxis
Saxa ruunt, tremulæ patuerunt viſcera terræ.
Vidiſſes [182] animas imis exire ſepulchris;
Apparent intus ſacri penetralia templi,
Nam [183] velum jam ſponte ſua diſcerpitur iſtis
Prodigiis actis, quidam alta voce fatetur:
Hunc *Chriſtum* natum magna de ſtirpe Tonantis.
Interea torror dum frangit crura [184] latronum,
Vt luctantem animam, nexoſque reſolveret artus,
Romanus validis ingentem viribus haſtam
In latus, inque ſacri [185] cordis penetralia torſit,
Crudelis, latebraſque animæ mucrone recludit;
Tranſadigens coſtas & candida pectora rumpens.
Ecce novum pulchro manat de pectore flumen
Sanguinis, & laticum; largo tepefacta cruore
Terra madet, fixum, ſtridet, ſub pectore vulnus.
Quid tibi vis miles? cur fædas vulnere corpus
Exanimum? vita ſpoliato parcere fas eſt
Nullum cum victis certamen & æthere caſſis:
Romanos rerum dominos, gentemq; rogatam
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.
Non miſero inſultare decet, non morte perempto
Immerita; nullas habet hæc victoria laudes,
Iam ſimulac *Chriſtus* ſeſe iſto corpore ſolvit,

181: Hic terræ motus non in *Judæa* ſolum, ſed in alijs etiam regionibus fuit, nempe in *Hetruria*, & prope littus Campanum *Caietæ* promontorium, ut probat *Baronius* ex traditionibus illarum regionum. necnon templi ſuperliminare collapſum, & Angelo, templi præſides auditos eſſe dicentes: tranſeamus ex his ſedibus: de gemitu vero & ejulatione dæmonum, cum audiviſſent Pana magnum eſſe mortuum, quem de *Chriſto* omnium domino intelligunt quidam, vide *Plutarchum de defect. oracul. & Euſeb. 5. de prepar. Evang.* 9. in terræ motibus propter ventum incluſum, auditur aliquando ſonus quaſi mugitus, aut armorum pulſantium fragor. Hæc autem terræ concuſſio fuit ſignum concuſſionis totius terræ ad extirpationem Evangelij. 182 Anima hic pro corpore ſumitur, ſic *Virgilius*: *animamque ſepulchro condimus.* Surrexerunt autem multi, in ſignum ſpiritualis reſurrectionis eorum qui dormiunt in peccatis, ſciſſio verò petrarum ſignificabat lapidea Gentilium corda diviſa fore. 183 Velum ſciſſum eſt, ut jam aditus pateret Gentibus. 2. ut legalia quæ velata erant manifeſtarentur. 3. ut Judæi in blaſphemijs veſtes ſcindebant, ſic templum ægre ferens *Chriſti* mortem, veſtem diſcerpit. Hoc autem fuit velum Babylonium mirandi operis, quod populum à Sacerdotibus ſeparavit, non verò alterum illud velum ſancti ſanctorum. vide *Joſephum* 6. *de bell Jud.* 6. 184 Latrones ſunt genus humanum, quorum quidam qui nempe in *Chriſtum* credunt, ſalvantur, reliqui pereunt: vel hi duo latrones ſunt, duo populi, Judæi & gentes: illi in peccatis moriuntur, hæ vitam in *Chriſto* adipiſcuntur. Centurio etiam Gentes repræſentat, agnoſcit deitatem *Chriſti*, quam Judæi negant. 185 Ex capſula cordis fluxerunt duo Eccleſiæ ſacramenta. non verò debuerunt ejus crura frangi, quia agnus fuit paſchalis cujus os non debuit confringi & ut corpus *Chriſti* naturale non fuit diviſum, ſic nec debet dividi corpus ejus myſticum.

In-

l.6. Infernas sine sole domus loca turbida [186] adivit:
l.4. Ge.4. Pallentes umbras Erebi, regemque tremendum
l.2.l.8. Terruit, immisso trepidarunt lumine manes.
Geor.4. Quaque ibat, vasti circum gens aurea cæli
l.6.l.4. Ibat, & obscuram dispellit lumine noctem;
l.6. Et veniente deo; procul ô, procul este profani
l.1.l.6. Aligeri clamant famuli, tremit impia *Iudæ*
l.6.G.4. Vmbra, tremunt furiæ; tremuit rex ipse tremendus
l.6.l.1. Inferni, & vinctus fremit horridus ore cruento.
l.6. Sed mihi res alta terra, & caligine mersas
l.6.l.6. Pandere nec mens est, nec fas, sed credere dignum
l.6. Quod *Christus* tristes [187] Erebi descendit ad umbras.
l.11.l.1. Interea *Iosephus* adest, supplexque *Pilatum*
l.11. Ipsum obtestatur, veniamque rogabat ab ipso,
l.11. Reddere, ac tumulo fineret succedere terræ
l.1.l.11. Exanimum corpus domini; haud spernanda precantem
l.11.E.2. Prosequitur venia suaves *Nicodemus* [188] odores
Ec.2.l.6. Miscebat, corpusque lavat frigentis, & ungit,
l.1. Pallida muneribus decoravit membra supremis.
l.11. Spargitur & tellus lachrimis, sparguntur & ora.
l.12.l.11 At virgo mater corpus miserabile nati
l.11. Vt vidit, levique patens in pectore vulnus

186 Descendit *Christus* ad inferos, non ut reus culpæ, sed ut liberator pœnæ. nec descendit anima *Christi*, motu corporali, sed motu Angelico, hic tamen more Poetico describitur motus corporalis descendit autem in loca damnatorum non secundum essentiam inquit *Thomas* sed secundum effectum. Omnes tamen patres tam Græci quam Latini videntur asserere *Christum* quoad essentiam animæ ad locum damnatorum descendisse. *Synod Arimin. apud Athanasium.* Hunc janitores inferorum conspicati exhorruerunt. quare O portæ inferi hunc videntes exhorruistis? &c. *Cyrill. cat. 14. sic Synesius hym. 7.* Et terram lustrasti, & dæmonum vias, & infernas latebras, &c. & *hym. 9.* Horruit te senex, tunc orcus antiquus, &c. descendit illuc ut diabolum ligaret sic *Augustinus*: *Hieron. in Psal. 15.* ut homo, eo die caro ejus fuit in sepulchro, anima in inferno: quia Deus, ubique: & in paradiso erat sic *Cæsarius Arelatensis: tract. 3. in Johan.* æterna nox infernorum *Christo* descendente resplenduit, &c. omnis impia officina tremuit, cum *Christum* in suis sedibus vidit, &c. *hom 3. de Paschat.* 187 Quis nisi infidelis negaverit fuisse apud inferos *Christum*? *Aug. ep. 9.* de modo verò descendendi dubitatur: *Thomas* dicit *Christum* descendisse localiter, alij verò virtualiter, & effectivè; *Thomas* dicit *Christum* non descendisse secundum essentiam ad locum damnatorum: at *Beda in Psal. 85.* asserit illum descendisse ad infernum inferiorem, quem ibidem vocat locum in quo animæ vel æternaliter damnantur, vel temporaliter puniuntur. Humanitas autem *Christi*, non fuit tota in Inferno, sed secundum animam: nec tota in sepulchro, sed secundum carnem: secundum vero divinitatem totus *Christus* fuit in inferno cum anima, & totus in sepulchro cum carne: & sic plenus ubique fuit *Christus*. vide *Fulgentium l.3. c.31. ad Thrasimundum.* fuit ergo totus in inferno, sed non totaliter: nam licet anima fuerit separata a corpore, neutrum tamen fuit separatum a persona filij, & licet totus *Christus* fuit in inferno, non tamen ibi fuit corpus, quia corpus non est pars personæ increatæ, sed naturæ assumptæ. vide *Thomam part. 3. quæst 52.* 188. Corpora defunctorum aromatibus condire & ungere ab Aegyptijs didicerunt Hebræi. solebant etiam damnatorum cadavera seorsim sepelire, myrrha autem & aloe propter sui amaritudinem pœnitentiam significant, hac debemus *Christum* ab incorruptione servare.

Cuspidis

Cuſpidis Auſoniæ, lachrymis ſuſpirat obortis, *l.11.*
Procumbens ſuperatq; hærens, atq, oſcula figens; *l.11. l.1.*
Nec via præ nimio vocilaxata dolore eſt, *l.6, l.11.*
Exanimumque ſinu natum complexa fovebat *l.4.*
Cum gemitu, atque atros ſiccabat veſte cruores. *l.4.*
Tum *Chriſtum* in ſaxo extendunt matreſq; virique: *l.1. l.6.*
Qualem virgineo demiſſum pollice florem, *l.11.*
Seu mollis violæ, ſeu languentis Hyacinthi, *l.11.*
Cui neq; fulgor adhuc, nēcdum ſua forma receſſit, *l.11.*
Non jam mater alit tellus, vireſque miniſtrat. *l.11.*
189 Lintea mox veſtis producitur; hac *Nicodemus* *l.5.11.12*
Cum ſocio *Chriſtum* involvunt, conduntque ſe *l.1.l.6.*
pulchro.
Iamque ſacerdotes omnes, Præſeſque *Pilatus* *l.8.l.11.*
Cuſtodes tumulo aſſignant, qui nocte dieque *l.9.5.6.*
Inſomnes corpus ſervent; ne forte quis illud *l.6 l.2.*
Excipere inſidijs tentet; mox agmine denſo *Ec 3.l.2.*
Armati ferro, & criſtis capita alta coruſci *l.9.*
Conveniunt, omnemque aditum cuſtode coronant. *l.1.l.9.*
O vigilum ignaræ mentes! ô cæca furentum *l.9 l.4.*
Corda, quid inſano juvat indulgere labori? *l.1.l.6.*
Improbus hic labor eſt, vana hæc vigilantia; namq; *G 3.G.1.*
Tertia lux gelidam vix cælo amoverat umbram, *l.11.*
Quum ſubito ætherijs juvenis delapſus ab aſtris *l.5.*
Aliger, & fulgens Phœbææ lampadis inſtar, *l.1.l.3.*
Aera dimovit tenebroſum, & diſpulit umbras, *l.5.*
Saxumque 190 à foribus ſpeluncæ avellit, & orbis *l.8.l.1.*
Fundamenta quatit; tremere omnia viſa repente *l.2.l.3.*
Culmina tectorum; nutant cum montibus urbes. *l.8.l.9.*
Extemplò vigilum gelidus per dura cucurrit *l.9.l.6.*
Oſſa tremor, ſubitaque coit formidine ſanguis. *l.6.l.3.*
Labuntur proni in terram, & vox faucibus hæſit; *l.3.l.2.*
Speluncam repetunt matres, geminoſque tuentur *l.8.5.6.*

189 Syndon honeſtatem & ſimplicitatem notat.

190 Recentiores volunt ſaxum amotum ab Angelo, ut *Chriſto* reſurgenti miniſterium præberet, veteres tamen contendunt, *Chriſtum* antequam lapis fuit remotus reſurrexiſſe. non propter reſurrectionem ablatum fuit ſaxum ſed ut declaretur ſpectantibus reſurrectio, inquit *Juſt. Martyr. q.* 117. Devoluto eſt lapis ut acceſſum habeant mulieres, inquit *Theoph. in cap.* 28. *Mat.* cum Angelus lapidem revolviſſet, reperit reſurrexiſſe dominum, inquit *Nyſſenus orat.* 2. *de reſur.* revolvit lapidem, non ut egreſſuro domino januam pandat, ſed ut egreſſus ejus jam facti, hominibus præſtet indicium inquit *Beda hom. in Vigil. Paſch.* videantur reliqui.

Pennatos

l.9.3.17. Pennatos proceres indutos veſtibus albis.
l.2.8.11. Matribus hi *Chriſtum* jam ſurrexiſſe reportant.
l.4.l.1. Non jam (aiunt) dominus [191] crudelibus occubat
l.1.Ge.4. Aſt ut pollicitus ſuperas remeavit ad oras.(umbris
l.6.1.G.1 Tartareum regem nodis aſtrinxit ahenis.
Geor.4 Illum omnes umbræ ſtupuere, atque intima lethi
Geor.4. Tartara, cæruleoſque implexæ crinibus angues
Geor.4. [192] Eumenides, tenuitq; inhians tria [193] Cerberus
Æn.l.2. Eripuit letho ſe, ac vincula ferrea rupit (ora.
l.6.l.8. Mortis, & infernl ſuperavit pallida regna.
l.11.l.9. Ite ergo, & ſocijs hæc nuntia læta referte.
l.9.4.11. Illæ [194] continuo volitant, ac viſa reportant.
Eclog. 5. *Petrus* lætitia voces ad ſydera jactat.
l.5. Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.
l.5.l.2. Lætus *Johannes* ſequitur non paſſibus æquis;
l.9.1.6. *Petrus* at hic tumulum prior introgreſſus, inanem
l.6.5.10. Conſpexit, calcemque terit jam calce ſodalis;
l.4.9.3. Qui tumulum vacuum revolutaque lintea vidit.
l.2.l.8. Illi hinc digreſſi, matres ſocioſque reviſunt.
l.4.l.7. At trepidi vigiles recta ad ſublimia tendunt
l.8.l.2. Tecta ſacerdotum, queis narrant ordine cuncta,
l.3.l.12. Quæ circa tumulum acciderant: tum protinus illi
l.5. Invitant pretio vigiles, ac pignora ponunt;
l.10.l.8. Vt vulgent, ſocios clam ſubduxiſſe cadaver
l.3.l.4. Nocte intempeſta, placidum dum feſſa ſoporem
l.4. Corpora per terras carpunt, dum ſæva quieſcunt
l.4. Æquora, dum medio volvuntur ſidera lapſu.
l.3.l.2. At juxta [195] ſacrum ſtat *Magdalena* ſepulchrum

[191] Quidin ſepulchro dominum quærimus, quem in cœlo adorare debemus? inquit *Auguſtin.*

[192] Eumenides ſunt conſcientiæ cruciatus, agitant enim & cruciant impios furiæ, non ardentibus tædis, ſed conſcientiæ ſtimulis inquit *Cicero.2. de leg.*

[193] Cerberus hic ſepulchrum ſignificat, ut nomen indicat, eſt enim κρεοφάγος carnivorus. Tria ora habere dicitur propter ejus immenſam voracitatem, in corpus autem *Chriſti* nihil juris habuit. at Syncſius qui floruit an. 410. per Cerberum videtur

intelligere Diabolum hiſce verbis: Et voraciſſimus canis receſſit a lumine. *Hymno 9.* [194] Tum mulieres factæ ſunt prædicatrices Evangelij, quia diutius manſerunt cum *Chriſto* in cruce quam Apoſtoli, quia prius venerunt ad ſepulchrum: quod autem ad *Chriſtum* mortuum veniunt amor eſt, quod mane & mature, diligentiam adhibent, dilectio eſt: quod aromata emunt charitas eſt: quod omnibus difficultatibus ſe opponunt, zelus eſt. ut autem per mulierem intravit mors in mundum, ſic per mulierem annuntiatur reſurrectio a morte. Petro autem peccatori & *Magdalenæ* peccatrici annuntiatur reſurrectio primo quia *Chriſtus* venit ſalvare peccatores. [195] Sacra habebantur ſepulchra apud omnes gentes, nam Dijs Manibus ſacrabantur: ſed hoc ſepulchrum fuit longe ſacratiſſimum, tam ob præſentiam corporis dominici, quàm Angelorum: nunquam enim ante hodiernum diem, viderunt Angeli in ſepulchris ſed eorum præſentia hic ſignificat, & dominium mortis ſublatum & ſepulchrum ſanctificatum. ſi enim Angeli deſcendunt in loca mortuorum, bona ſpes eſt mortuos aſcenſuros in loca Angelorum. Quod Angeli ſedeant, oſtendit ſanctos in morte quieſcere, eorum albedo gloriam & juvenilis ſpecies, qualitatem & robur reſurgentium notat.

Triſtior,

Triſtior, & lachrimis oculos ſuffuſa nitentes. *l* 1.
Hanc cœli proceres quamvis lenire dolentem *l*.3 *l*.4.
Solando cupiunt, dictiſque auertere curas; *l*.4.
Illa tamen lachrimas verba inter ſingula fundens *l*.3.
Amiſſum queritur Dominum; tumuloque relicto *G*.4.*A*.4.
Incubat, illum abſens abſentem auditq; videtque, *l*.4.
Nec verbis ullis (tanta eſt violentia amoris) *l*. 4. *l*.12.
Flectitur; exſuperat magis, ægreſcitque medendo *l*. (2.
Interea *Chriſtus* ſeſe transformat in horti *G*.4 *Ec*.7.
Cuſtodem, & *Mariam* jactantem pectore curas, *Ec*.7. *l*.1.
Alloquitur: Mulier lachrimas cur volvis inanes? *l*.1.*l*.4.
Vix ea fatus erat, gemitu cum talia reddit: *l*.2.
Corpus ubi exanimi poſitum eſt miſerable *Chriſti*? *l*.11. *Ec*.5.
Dic quibus in terris, aut qua regione requiram? *Ec*.3. *l*.9.
Ibo, & tentabo ceruici imponere noſtræ. *Ec*.10. *l*.2
Ipſa ſubibo [196] humeris, nec me labor iſte gravabit. *l*.2.
O mulier tunc hoc corpus ſufferre valebis? *l*.7. *l*.2.
Vix illud lectibis ſex ceruice ſubirent *l*.12.
Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *l*.12.
Sed tua magna fides: vires animumque miniſtra *l*.4. 6.1.
Chriſte mihi, ut puro valeam te pectore ferre. *l*.6.2. 4.
Tum *Mariam* proprio compellat nomine *Chriſtus*; *l*.3, 6 4.
Quæ ſimulac notam vocem cognovit *Ieſu*, *l*.4.*l*.6.
Accurrit, [197] ſacroſque pedes complexa tenebat, *l*.3. *Ec*.5.
Quos *Mariam* [898] prohibet manibus contingere, *l*.6.*l*.2.
donec
Ad patrem aſcendat, matres ex urbe *Sionis* *l*.1.*l*.2.
Lætantes adſunt, & ſanctum corpus adorant. *l*.1.*l*.2.
Et dum [199] Nicopolin *Cleophas* Amaonq; reviſunt *l*.1.

[196] Præ nimio amore quaſi extaſin patitur mulier, Domine propter te eſt extra ſe, inquit *Bernardus*, magis enim dolet, quod ſublatus eſt *Chriſtus* de monumento, quam quod occiſus in ligno, quia aliquid ſolatij fuit frui cadavere, viſo enim cadavere recaleſcit amor inquit *Ambroſius*.

[197] Ad vocem *Chriſti* ſubito mutata eſt *Maria*, nam quæ deſublato domino ploravit, deſuſcitat & exultavit, inquit *Auguſtinus*. Hinc patet quanta ſit efficacia vocis *Chriſti*. [198] Nolebat *Chriſtum* matrem tangi, non quod ejus tactum dedignaretur, nam permiſit ſe tangi a *Thoma* incredulo, nec quod putaret ſe a fœmina maculari: nam permiſit ſe tangi a muliere ſanguinis profluvio laborante, ſed quia *Maria* non ſatis reverenter tacturā erat *Chriſtum*, pro dignitate corporis glorioſi. at poſtea, cum cecidit ad pedes ejus, permiſſa eſt illum tangere. *Math*. 28. deinde, volebat tangere *Chriſtum*, non ad fidem roborandam ut *Thomas*, ſed ex curioſitate. 3. *Chriſtus* hoc repulſu oſtendit *Maria*, ſe non tangendum ut antea tactu corporali, ſed fidei. 4. non jam temporis erat tangendi *Chriſtum*, ſed evangelizandi Apoſtolis *Chriſti* reſurrectionem. [199] Emaus, quam *Joſephus* Ammaunta vocat de bell. *lib*. 4. *cap*. 1. Nicopolis poſtea a *M. Aurel. Ant*. Imperatore vocata eſt. alij ab *Heliogabalo* ſic dictam putant. *Cleophas* autem nominatur a *Luca*, at alterum diſcipulum *Ambroſius* vocat *Amaonem*.

Triſtes,

l 1. l.6. Triſtes,& paribus curis veſtigia figunt;
3 l.4. l.4.l.4. Infert ſe ſocium *Chriſtus*, menteſque labantes
l.4. l.9.2.1. Suſcitat,& mæſtas expellens pectore curas,
l.3. l 10. Vltro animos tollit dictis,atque increpat vltro.
A.4. l.6.l.8. Multa docet,varioque viam ſermone levabat.
l.4. l 3. Sol ruit interea,& montes umbrantur opaci.
12. l.8. Tum *Cleophas* parvi ſubter faſtigia tecti
(2. l 8. Ingentem duxit *Chriſtum*,ſtratiſque locavit.
6.7. l.1.l.3. Dum victu revocant vires,agnoſcere *Ieſum*
l.1. l.4. Incipiunt,tantum egregio decus enitet ore:
.4. l.4 l.5. Sed ſubitò ex oculis fugit ceu fumus in auras.
.2. l.2. l.1. Illi mox *Solymam* repetunt,cunctiſque repente
5. l.1. l.11. Improviſi adſunt ſocijs,remque ordine pandunt.
9. l.4.l.5. Se *Chriſtum* vidiſſe aiunt,ſanctaſque loquelas
2 l.4.1.6. Auribus hauſiſſe,atque epulis ſimul accubuiſſe.
. l 5.3.1. Vix hæc ediderant, cum protinus ipſe magiſter,
Geo.l. 4. Intus dum clauſis cunctantur in ædibus omnes,
l.1. l.6. Reſtitit in medio, claraque in luce refulſit.
l.1 Os humeroſque deo ſimilis,namque ipſe decoram
l.1. Cæſariem nato genitor, lumenque juventæ
l.1. Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.
l.3.4. 11. Pacem optat cunctis,mox nomine quemq; ſalutat.
l.3. Hi vero ancipiti mentes formidine preſſi
l.8.l.6. Turbantur ſubito, tenuem ſine corpore vitam
l.4. l. 6. Dum credunt volitare cava ſub imagine formæ;
l.6.l.5. Hos *Chriſtus* dubitare videns,dejecit amictum
l.5.l.6. Ex humeris ſacrum, atque recentia [200] vulnera monſtrat.
G.4.A.8. Moxq; favum, toſti partem quoque piſcis abedit;
l.1. l. 10. Et ſanctum ex ſancto ſpiravit pectore [201] flamen,

200 Præbuit *Chriſtus* corpus tangendũ ni ſcirent ſe non habere corpus phantaſticum ſed verum.

2. effigiem &

ſtendit,ut probaret ſe habere corpus humanum. 3. vulnera monſtrat, ut idem numero corpus ſe habere demonſtraret, dum edit vitam nutritivam, dum loquitur ſenſitivam, dum differit de ſcripturis intelle-ctivam vitam ſe habere demonſtrat. 201. Hæc inſufflatio fuit præludium donorum Spiritus quorum particeps fuit futura eccleſia. Flatus autem hic non fuit ipſe S. *Sanctus*, ſed ſymbolum ejus. hinc patet Spiritum non minus a Filio quàm a Patre procedere. hic autem eſt nova creatio diſcipulorum in Apoſtolos: qui non minus incepti erant, ſine hoc flatu ad prædicandum, quam *Adam* ſine eodem flatu ad vivendum, licet autem *Thomas* non jam aderat, particeps tamen gratiæ *Spiritus* S. fuit, ſine ſigno, ut *Heldad* & *Medad* ſpiritus prophetici licet cum cæteris 70. non erant. *Num.* 11.

Datque

Datque poteſtatem ſuper omnia crimina mundi. *l.2.l.2*
Poſthæc ſe *Thomæ* dubitanti oſtendit, & alto *l.6.l.1*
Infixum lateri vulnus, manuumque pedumque *l.4.l.3*
Luce cicatrices fulgentes monſtrat, & offert *G.4.A.12*
Tangendus; tetigit *Thomas*, & corpus adorat. *l.12.3.11* *l.3.E*
O fortunatum *Thomam* qui vulnera *Chriſti* *G.1.A.2.* *18.C*
Vidit, & ingentem lateris tractavit hiatum! *l.6.G.3.A.2.*
Da, *Chriſte*, ut fidei manibus tua vulnera tangam, *l.11.l.12* *l.9.*
Vt corde aſpiciam patulam hanc in corde feneſtram. *l.6.l.2.* *l.2*
Fœlix, ô nimium fœlix, ſi crederetantùm *l.4.l.6.* *l.6.*
Poſſum, quæ *Dydimus* tetigit, vel lumine vidit! *l.3.l.4.*
Interea *Petrus*, ſocijque ad littora tendunt; *l.2.* *l.*
Conſcenduntque æquor, fugiunt ſpumantibus undis. *l.1.l.3.* *l.1*
Poſtquam altum tenuere rates, demittit in æquor *l.3.l.2.* *G.*
Lina *Petrus*; nulli apparent in gurgite piſces. *G.1.A.1.* *l.*
Noctem illam inſomnem ducunt, fruſtraque laborant. *l.3l 9.* *l.*
Iamque rubeſcebat radijs mare, & æthere ab alto *l.7.*
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. *l.7.*
Littore in extremo *Chriſtus* conſiſtit, & alta *G.3.A.6*
Voce vocat ſocios, rurſuſque ſub æquore mergi *l.6.*
Lina jubet; magno ſocij parere parabant *l.4.*
Imperio, & dicto citius demiſit in undas *l.4.l.1.*
Humida lina *Petrus*; vaſti mox humida ponti *G.1.G.4.*
Gens ruit, & magno complevit retia cœtu. *l.5.l.4.*
Spumea ſquamoſa ſub turba immurmurat unda. *G.4.A.10.*
Agnovit vocem domini, vultumque *Johannes*. *l.3.l.1.*
At *Petrus* ſeſe jactu dedit æquor in altum; *Gcor.4.*
Quaque dedit ſpumantem undam ſub pectore torſit. *Gcor.4.*
Tum læti ſocij proras ad littora torquent, *l.3.*
Et piſces torrere parant; fuſique per herbam *l.5.l.1.*
Chriſtus cum ſocijs, dapibus epulantur inemptis. *l.3.G.3.*
His demum exactis dominus juga celſa petivit *l.6.l.2.*

Montis

l.6. Montis *Oliveti*, ſocij comitantur euntem,
l.8. Interea vario mulcebant æthera [202] cantu,
l.1. Et cœtu cinxêre polum pennata caterva
l.3.Ec.6. Cœlicolum: pulſæ referunt ad ſydera valles;
l8.G.4. Aërei rutilo montes fulgore coruſcant;
l.7. Et tremulam jactant lucem ſub nubila, cœlum
l.9.l.10. Diſcedit medium; domus omnipotentis Olympi
l.2.l.8. Panditur, & ſuperûm penetralia ſacra pateſcunt,
l.7. Aurea ſtellantis præfulget regia cœli
l.6. l.6. Lumine purpureo; ſedet æternùmque ſedebit
l.10. Sydereo in ſolio divûm pater atque hominum rex;
l.1.l.1. Sceptra tenens; maria, ac terras, cœlumq; profundũ,
l.1.l.8. Et tempeſtates vultu radiante ſerenans;
G.4.A.5 Et caligantes depellit ab orbe tenebras. (nes.
l.6.l.10. Lumina [203] ſtant flammâ, vultus vomit aureus ig-
l.6. Circumſtant ſolio dextrâ lævâque canentes
l.3.l.6. Innumeri cœli proceres, animæque beatæ,
l.6.l.6. Lumine veſtitæ niveo, pia carmina dicunt.
l.4. At *Chriſtus* ſocijs dum verba noviſſima dicit,
l.4. Mortales viſus medio ſermone reliquit,
l.1. Et circumfuſus nebulæ fulgentis amictu (ris
l.5.G.1. Tollitur [204] in cœlum; Angelicus concentus in au-
l.12. Auditur, ſonitum late nemora alta remittunt.
Eclo. 5. Candidus [205] inſuetum miratur limen Olympi,
Eclog.5. Sub pedibuſque videt nubes & ſydera Chriſtus.

202. Angelorum chori concordi voce, triumphalem hymnum modulabantur. Angelorum ordines o *Chriſte*, ſumma admiratione perculſi laudes tuas ſine interviſſione celebrant. *Damiſc. hymno de aſcen.* hodie *Chriſtus* ſubtiliſſimas aeris partes veluti ſolidum pavimentum calcavit, &c. *Epiph. orat. de aſcen.* non indiguit *Chriſtus* vectoribus Angelis, ſed præcedentes & ſubſequentes applaudebant victori, & continentes in jubilatione modulabantur canticum novum, & implebat cœlos conſonantiæ illius harmonia. *Cyp. de aſcenſ. Chriſti.* Quanta aſcendentis gloria cum medius Angelorum & animarum ſanctarum ad patrem deducetis, & triumphatrice palma cœlis invectus es? &c. *Bernard. ſerm.2. de Pentecoſte.* 203. Solet Scriptura tropicis locutionibus deſcribere divinam Majeſtatem, nam ſub forma hominis informat homines: dumque Deus ſe inclinat, nos erigit, dum ſe infirmat, nos ſanat: omnes ergo figuratæ locutiones de Deo, ſpiritualiter ſunt intelligendæ. 204. Non raptus eſt ut *Paulus* & *Elias*, non tranſlatus ut *Enoch*, ſed elevatus, hoc eſt, a ſeipſo levatus. non currus vehiculo, non Angeli adminiculo, ſed propria virtute ſubnixum ſuſcepit eum nubes, &c. *Bern. tract. de grad. humil.* 205. Aſcendit Chriſtus in cœlos, non ubi verbum Deus ante non fuit, quippe qui ſuit ſemper in cœlis, ſed ubi verbum caro factum ante non fuerat, quare tollite principes portas veſtras, ut introeat rex gloriæ, &c. *Ruffinus in Symbo. Apoſt.* inſuetum ergo fuit cœlum *Chriſto* homini, licet non Deo, obſervandum verò eſt, Chriſtum aſcendiſſe, non virtute naturali humanæ naturæ, ſed virtute divinæ, & animæ glorificatæ moventis corpus, ut ait *Thomas*, licet autem ſit contra naturam corporis ſecundum ſtatum vitæ præſentis aſcendere, non eſt tamen contra naturam corporis glorioſi: faceſſant ergo omnes hæretici qui veritatem hanc impugnarunt, nempe *Carpocrates* & *Apelles*, qui animam ſolum aſcendiſſe ſomniant. *Manichei* qui *Chriſtum* ſola divinitate in cœlum aſcendiſſe, corpus verò in ſolari orbe poſuiſſe delirant *Chriſtoliti*, qui *Chriſtum* corpus & animam apud inferos reliquiſſe blaterant, & vide *Theodoretum*, *Auguſtinum*, *Damaſcenum*, *de hæreſibus*,

At socij palmas nequidquam ad sydera tollunt; l.5.
Ad cœlum tendunt ardentia lumina frustra: l.2.
Namque duo Algeri cœlo venêre volantes l.4 l.6.
Ipsa sub ora virûm funduntque has ore loquelas. l.6 l.3.
Quid statis tristes, oculosque sub astra tenetis? l.12 l.5.
Hunc quem vidistis cœli super astra volantem l.9.l.6.
Aurea, cernetis reducem, niveisque sedentem l.1 l.7.
Nubibus & rutilo fulgentem lucis amictu; l.8.l.1.
His dictis, cœlum repetunt stridentibus alis. l.6.l.1.

Hos sum *Virgilij* modulatus arundine versus; Eglog.9.
Pierides vos hunc *Christo* dicetis honorem: E.10.l.10.
Christo cujus amor tantum mihi crescit in horas, Eclo.10.
Quantum vere novo viridis se subijcit alnus: Ec.10.
Christe decus cœli, terrarum gloria Christi; l.9.l.6.
Formosi pecoris custos formosior ipse; Ecl.5.
Ne te pœniteat pecoris divine magister; Ecl.7.
Sis bonus ô fœlixque tuis, ne subtrahe semper Ec.5.l.6.
Te nostro aspectu, detur rursum ora tueri l.6.l.6.
Christe tua, & notas audire & reddere voces. l.6.
Sis mihi dux ô si qua via est, cursumque per auras l.6.
Dirigito in lætos hortos, & amœna vireta G.1.A.6.
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas: l.6.
Ver ubi perpetuum, varios ubi flumina circum Ec.9.
Fundit humus flores, 206 & fontibus imminet umbra. Ec.9.
Ire ad conspectum chari genitoris, & ora l.6.
Contingat, doceas iter, & sacra ostia pandas, l.6.
Nec me languentem dubijs jam defice rebus, l.9.l.6.
Verùm adsis, nostrumque leves Deus alme laborem: l.9.l.1.
Namque in te suprema salus, per vulnera servor l.12 l.10.
Morte tua vivens, fratrem ne desere frater. l.10.l.11.
Interea nunquam meminisse pigebit *Iesu*, l.4.
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus; l.4.
Sed tua tentabo totum jam ferre per orbem Ecl.8.
Sola Sophoclæo miracula digna cothurno. Ecl.8.

206. Hic ad paradisum illum terrestrem alludo, sic *Pruden Cathemerin.* ibi est *Eleazar* quem floribus undique septum divus procul aspicit ardens. hujusmodi allusionibus utitur S. Scriptura.

Ecl. 8. A te principium; tibi desinet; accipe jussis
Ecl. 8. Carmina cœpta tuis, atq; hanc sine tempora circum
Ecl. 8. Inter victrices hederam tibi serpere spinas.

FINIS.

Cœli stelliferi Deo,
Nutu qui facit omnia,
Nutu qui regit omnia
Sit laus summaq; gloria
Idque in millia sæcula.

ADMONITIO AD LECTOREM.

IN anguſtiore margine. *l.* ſignificat librum, *E.* Eclogam. *G.* Georgicorum librum; *Ae.* Aeneadum.

Alexandri Rossæi peroratio, seu Hymnus ad Deum Patrem.

1.

Tv, qui radiantis Olympi,
Tot lucida sydera volvis,
Et qui nitidissima Solis
Accendis lumina solus:
Me respice lumine vultus
Et mentis pelle tenebras;
Sic vincam sydera luce,
Et Phœbi lampadis ignes.

2.

Qui menstrua cornua lunæ
Niveo splendore serenas,
Et cælo invectus aperto
Moderari noctis habenas:
Noctem mihi discute, mentem
Stabilem da; dirige gressum,
Ut possim tramite tuto,
Cœli volitare per arcem.

3.

Qui fulmine concutis orbem
Terrarum, & pegmata cæli,
Nec non mortalia corda

Varijs terroribus imples:
Divini fulmine verbi
Mentem mihi concute duram,
Sic te venerabor, & usque
Sequar tua jussa creator.

4.

Qui largos nubibus imbres
Magno cum murmure fundis,
Sata læta, boumque labores
Irroras nectare cæli:
Sterilem mihi pectoris agrum
Riga cælestibus undis
Scripturæ, ut proferat aptum
Largo cum fœnore fructum.

5.

Qui pingis floribus agros
Et versicoloribus herbis,
Gemmisque micantibus ornas
Vernali tempore campos:
Animam virtutibus orna,
His fragret odoribus, hisce
Niteat decorata lapillis,
Et vernet floribus istis.

6.

Qui turbida murmura ponti
Ponis tumidasque procellas,

Vitreisque

Vitreisque natantia regnis
Neptuni monstra gubernas:
Animæ compone procellas,
Et turbida nubila pelle
Peccataque monstra nefanda
Dextræ virtute coerce.

7.

Qui turbis pennipotentum
Mulcentibus aera cantu
Das guttura vere canora,
Quæ questibus omnia complent:
Mihi linguam ac ora resolve
Vt te modulamine nostro
Celebrem, totumque per orbem
Miracula carmine pandam.

8.

Qui tetri monstra barathri
Vinclis & carcere frænas;
Et luce carentia regna
Æternis ignibus uris:
Ab his cruciatibus oro
Famulum defende misellum
Et me Pater ætheris alti
De faucibus erue lethi.

Ejusdem Hymnus ad *Christum Filium.*

1.

TV, qui de Virgine pura
Divino es semine cretus,
Par Patri maxima proles
Et matre antiquior annis:
Maculam genitricis ab alvo
Quam traxi, dilue quæso,
Et cor mihi *Christe* refinge
Purum de semine puro.

2.

Cui prævia stella refulsit
Phœbæo clarior orbe,
Vt monstret regibus ædes
Vbi tu cum matre latebas:
Qua te regione requiram,
Nisi tu mihi stella refulges?
Me tuto tramite siste,
Meque ad te dirige per te.

3.

Qui Persica dona Magorum
Venientum Solis ab ortu
Longa regione viarum
Cepisti fronte serena;

Tali

Tali mea munera fronte
Tibi quæ do corde benigno
Precor accipe puſio, nempe:
Corpus, mentemque, animumque.

4.

Qui templa nitentia cæli
Oculis impervia noſtris
Habitas, tamen incolis antrum,
Atque in præſepe recumbis:
Munda mihi pectoris aulam
Peccati à ſordibus, ut tu
Habites mecum; en age noſtris
Succede penatibus hoſpes.

5.

Qui ſacri ſanguinis undam
Fudiſti corpore toto,
Dum pro me victima factus
Patereris verbera dura:
Hoc ſanguine prolue mentem,
Maculas hoc tolle pudendas,
Rutilo ſic purior auro
Videbor ab igne recocto.

6.

Qui geſtas vertice ſpinas
Et candida brachia tendis,
Cujus manus impia pectus

Duro

Duro mucrone recluſit:
Me vero punge dolore,
Circunda brachia collo,
Patulo me corde foveto,
Mentemque cruore lavato.

7.

Qui firmo marmore clauſus
Penetraſti regna Gehennæ
Et de Phlegitonte triumphans
Superas evadis ad auras:
Nunc obrue mole ſepulchri
Mea crimina cuncta, nec unquam
Me ſorbeat ignis Averni
Quem ſanguine tu domuiſti.

8.

Tu qui ſuper aſtra volaſti
Comitatus mille miniſtris
Aulæ ſtellantis, *Ieſum*
Celebrantibus ore perenni:
Tu me ſuper æthera tolle,
Vt tecum in morte quieſcam,
Vt te cum mentibus illis
Æterna in ſæcula cantem.

Ejuſdem

Ejusdem Hymnus ad *Spiritum Sanctum.*

1.

TV, qui lapsus ab æthere
Forma Chaonis alitis,
Et *Christi* capiti insidens
Pennas porrigis albidas:
Mentem da mihi candidam &
Pennis omnipotentiæ
Fidum protege servulum
Vt te laudibus efferam.

2.

Tu qui flaminis impetu
Implesti trepidam domum,
Qui sacros quoque vertices
Linguis induis igneis:
Cordis tu rigidi domum
Sacro concute flamine,
Linguam da mihi flammeam
Vt te carmine prædicem.

3.

Summi conditor ætheris
Et qui fluctibus incubas
Qui fundamina montium
Solo numine sustines:

Mun-

Mundum cor mihi fingito,
Fletu lumina prolue,
Et me ſuſtine debilem
Sacro numine vernulam.

4.

Patris ſumma potentia, &
Nati diceris halitus
Qui mortalia pectora
Imples ſemper amoribus:
Tu ſpiramine terream
Mentem cælitus imbue,
Aula vt pectoris abdita
Veris flagret amoribus.

5.

Tu qui virginis inclytæ
Impleſti integra viſcera,
Solo numine turgida,
Quamvis ſit maris inſcia.
Puro illabere pectori
Vt te concipiam Deus,
Fac ut viſcera cælitus
Tanto numine turgeant.

6.

Tu magni digitus Dei es
Tu ſemen quoque diceris,
Necnon unctio, candida

Christi tempora proluens:
Esto tu digitus mihi
Quo me in tramite dirigas
Vitæ, ac eijce dæmones
De nostris habitaculis.

7.

Arvum pectoris horridum
Duris sentibus obsitum
Purga, ac semine gratiæ
Mentis jugera consere;
Puro fac niteant mei
Cordis tempora balsamo,
Fragret pectus amabili
Sancti Flaminis halitu.

8.

Lux es, lumine fulgido
Lustras pectora nubila;
Fons es, flumine limpido
Sordes pectoris abluis;
Tu cordis penetralia
Lustra lampade torrida,
Puris ablue fontibus
Labis semina sordida.

FINIS.

Recensui hunc tractatum (cui titulus est, Virgilius Evangelizans) *una cum Epistola nuncupatoria ad Augustissimum* Carolvm *M. Britanniæ, &c. Monarchum; & præfatione ad Lectorem. Qui quidem liber continet viginti, & sex folia, in quibus omnibus nihil reperio sanæ doctrinæ, aut bonis moribus contrarium, quo minus cum utilitate publica imprimatur, modo intra septem menses proxime sequentes typis mandetur.*

Ex ædib. Londinen.
Maij 8. 1633.

Guil. Bray
R. P. D. Epi. Londin.
Capellanus domesticus.

24826
1

Cat 26
R
15/-

Mary Cotton

E A Cotton

do

W Cotton

W Cotton

K Cotton

Will Cotton

William

Ma

THE FOLGER SHAKESPEARE LIBRARY